



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philippi Labbei Bitvrici Societatis Iesv Presbyteri, Nova Bibliotheca Mss. Librorvm, Sive Specimen Antiqvarvm Lectiovm Latinarvm Et Græcarvm

Labbé, Philippe

Parisiis, 1653

Philippi Labbei Bitvrici, Societatis Iesv Presbyteri, Nova Bibliotheca Mss.
Græcorum, Sive Specimen Altervm Antiqvarvm Lectiovm Græcarvm, Om
quatuor itidem Partes tributarum cum Coronide Poëtica.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13263

PHILIPPI LABBEI
BITVRICI,
SOCIETATIS IESV PRESBYTERI,
NOVA BIBLIOTHECA
MSS. GRÆCORVM,
SIVE SPECIMEN ALTERVM
ANTIQVARVM LECTIONVM
GRÆCARVM,

In quatuor itidem Partes tributarum cum Coronide Poëtica!



PARISIIS,
Apud IOANNEM HENAULT, viâ Iacobæâ,
sub signo S. Raphaëlis, prope sanctum
Benedictum.

M. D. C. LII.
Cum Approbatione, & Priuilegio Regis.

PHILIPPI LABBEI

BITURICI

SOCIETATIS IESU PRÆDicatorum

NOVA BIBLIOTHECA

MSS. GEORGII V. M.

SIVE SPECIMEN ALTIORVM

LITTERARVM LECTIOIVM

GEORGII V. M.

Imprimus in typographia Regia Parisiensi



PARISIIS

Apud IOANNEM HENAVT, vii Jacobæ,
sub signo S. Raphaelis propætandum
Benedictum.

M. D. C. LII.

Cum Approbatione, & Privilegio Regis.



NOVÆ
BIBLIOTHECÆ
MSS. GRÆCORVM,

SIVE SPECIMINIS
ANTIQUARVM LECTIIONVM
GRÆCARVM

PRIMA PARS:
Historica & Chronologica.



CHRONOLOGIA ab Adamo ad Christum. *In codice Regio 225.*

Eclogæ Historiarum ex Mosis libro & Historicis profanis vsque ad Anastasij tempora. *In codice Regio 1067.*

Historia Chronica à Iudicibus ad Iustinianum. *In codice Regio 1422.*

Chronologia compendium ab orbe condito ad Iustinianum Rhinotmetum. *In codice Regio 1596.*

Chronologia ab orbe condito ad Theophilum Imperatorem & Michaelem. *In codice Regio 153.* In quo inter cetera, Andronici Palæologi deploratio vrbis Constantinopolitanæ. Conferemus cum *codice mss.* in quo breuis Chronographia ab Adam ad eosdem Impp.

Incerti Chronicon vsque ad Leonem Sapientem. *In codice Re-*

T

gio 1067. *sub finem.*

Synopsis annorum Imperij C P. vsque ad Isaacum Angelum. *In codice Regio 1820.*

Chronicon ab initio mundi ad Manuelem Comnenum. *In codice Regio 945.* vbi & alterius Chronici fragmentum, narratio de constructione Templi S. Sophiae, Prouerbia vulgaria cum interpretatione, Hieroglyphicæ notæ, Apotelesmata, & quamplurima Medica, Prognostica, &c.

Chronologia ab anno mundi 3827. vsque ad Robertum. *In codice Regio 1728.* in quo & plurima alia.

Chronicon ab orbe condito vsque ad Ioannem Lascarum anno Mundi 6971. *In codice Regio 1334.*

Incertorum Chronica alia subministrabunt *codices Bibliotheca verè Regia 1150. 1761. 1772. 1819. 2281.* In Sfortiana viscebantur Historia Romanorum ab Aenea vsque ad Constantium Imp. & Chronicon ab orbe condito vsque ad mortem Romani Imperatoris.

Historia Thesei libris XII. lingua vulgari. *In codice Regio 309.* in quo eodem idiomate Narratio de capta à Francis Hierosolymitana vrbe anno mundi 6612.

ISAACI Porphyrogenetae Historia Troiana & Characteres Ducum qui ad Troiam. *In codice Regio 332.*

GEORGI Gemisti Plethonis de Azyriorum & Medorum regno ex Diodoro Siculo. *In codice Regio 2259.*

Anonymi Monodia siue oratio funebris in Imperatorem Constantinum Iuniorem Constantini Magni maiorem natu filium anno 340. apud Aquileiam interemptum, Græcè & Latine edita est à Federico Morello Parisijs anno 1616. sed eam iuuabit iterum vulgare, quòd leuibus commissa folijs, vt pleraque eiusdem Interpretis opuscula, vix in manus eruditorum peruenire possit.

Romanorum Reges à Romulo ad Alexium Ducum Murzulum. *In codice Regio 558.*

Series Imperatorum ex genere Palæologorum & ex genere Othomanorum cum Ducum Venetorum Catalogo. *In codice Regio 1769.*

Historia Armeniorum à Gregorio vsque ad Heraclium Imperatorem & de Fide Armeniorum & successione Episcoporum. *In codice Regio 696,* in quo Ioannis Archiepiscopi Nicæ de Christi Natali ad Zachariam Catholicum Magaæ Armeniae, & Isaaci Catholici Magnæ Armeniae sermo steliteuticus contra Armenios & eorum dogmata & de xxx. eorumdem hæresibus cum Episcopo-

runa

rum Armenia Regūque Armeniorum Catalogo.

Ammonij Monachi Alexandrini narratio de Monachis in monte Sina & in Rhaythu à Barbaris occisis conuersa ex Aegyptiaca lingua in Græcam à Ioanne quodam Presbytero. *Ex codice mss. cuius initium à vita Beati Andrea Sali.*

IOANNIS Sinaitæ Historiam Indorum venientium in sanctam Ciuitatem & Palladium de gētibus India & de Brachmanibus extitisse accepi in *sfortiana Bibliotheca.*

Narratio eorum quæ gesta sunt in Perside, sub Aribate Rege, inter Christianos Græcos & Iudæos. *In codice Regio 205.*

APOLLONII Tyri Historia. *In codice Regio 280.*

GENNADII Patriarchæ CP. de excidio vrbis CP. eiusdemque Chronologia *in codice Regio 1765.* in quo & plurima illius opera.

GEORGII Scholarij de nobilissimo Melissenorum genere collectio ex varijs Historicis facta iussu Imp. CP. Ioannis Palæologi. *in apographo mss. In codice ms. T. cum alijs pluribus est breuis Genealogia Palæologorum & Othomanidarum.*

ANDRONICI Callisti Monodia de misera Constantinopoli: *Ex codice mss. E. in quo Leonis Constantini Imp. legum Epitome.*

Monodia Gemisti Plethonis & Michaëlis Apostolij extant in *mss. R. 29.*

Ioannis Clerici & Cubicularij de capta ciuitate Thessalonicensi. *In codice Naudæano 68.*

Ioannis Argyropyli comparatio Veterum Imperatorum cum Hodierno, Consolatio ad Constantinum Palæologum, ad eundem de Regno, & in Ioannem Palæologum *in codice Regio 56.*

CHORICII Gazensis Sophistæ vita. *in codice Regio 1240.*

BESSARIONIS, GEORGI Gemisti, nec non Anonymi orationes in funere Cleopæ Imperatricis Palæologæ. *in codice Regio 2209.*

MICHAELIS Apostolij Byzantini oratio funebris in Bessarionem Cardinalem. *in codice Naudæano 65.*

De sex Synodis Oecumenicis: quibus Præsidijs, quo tempore, quibus locis celebrata sint. *in codice Regio 1052.* in quo ex Hippolyti Thebani Chronico fragmentum à Christo nato vsque ad Baptismum, & narratio gestorum in Perside. *videndus etiam codex 1067.*

Georgij Presbyteri Casareæ de cccxviii. Patribus. *in codice mss. 92.*

Anonymi de Episcopis in alias & nobiliores sedes translatis. *in codice Naudæano 57.* in quo & Patriarchæ Photij collectio de Episcopis & Metropolitibus.

Narratio ex vita Abbatis Danielis Scetiota, qui dicitur nouus

Paradisus. *Ex codice mss.* 8. in quo post Geronticon Acephalum sunt sententiæ SS. Patrum, & Pratum spirituale ἀπαλές.

CONSTANTINI Imperatoris enarratio ex diuersis collecta Historiis de Imagine CHRISTI missa ad Abgarum, quomodo de Edessa Constantinopolim transmissa fuerit. *In codice Regio* 707. Eidem adscripta Donatio visitur *mss. in codicibus Regijs* 816. 2193. 1149. 1307. 1334. 2023.

De Miraculis ad Imaginem Christi in sancto Puteo Magnæ Ecclesiæ, & de Patricio & Philochristo Notario. *In codicibus Regijs* 143. & 276. *In* 106. de miraculis ad Imagines Christi.

De CHRISTI Imagine in Chalcopratijs, & de Theodoro Nauclero, & Abrahamo Hebræo. *In codice Regio* 276.

Anonymorum de Imagine B. Virginis, & de Miraculo in Beryto. *In codice Regio* 143.

De depositione Vestis B. Virginis in Blachernis & de Inuentione eiusdem Vestis depositæ in Templo Blachernarum. *In codicibus Regijs* 274. & 1183.

De Constantinopoli ab obsidione Persarum liberata precibus B. Virginis, Heraclio imperante. *In codicibus Regijs* 143. 148. 276. & c.

Synaxarium totius anni, continens Martyrum & aliorum Sanctorum commemorationem. *Ex codice mss.* 16. Est & aliud synaxarium continens vitas sanctorum breui narratione descriptas à mense Septembri vsque ad xv. Augusti *in codice Naudæano* 22. *valde antiquo ac probæ notæ.* Habetur *in codice Regio* 1065. synaxarium Nicolai Callisti Xanthopuli: *in* 631. sabbatocyciacorum synaxarium: *in* 942. synaxarium Euangeliorum secundum Hebdomades. Adeundi quoque *codices* 734. 877. 1253. 1421. & 2232.

Geronticon Incerti de vitis Patrum. *Ex codice mss.* 8. *In codice Regio* 1708. reperitur fragmentum ex libro qui inscribitur Geronticus. Videndus quoque *codex* 932. & alius, cuius initium sumitur à vita B. Andrea Sali, in quo plurima Gerontici excerpta annotauimus.

DOROTHEI de Apostolis & LXX, Christi discipulis Græcè redita ab incerto. *In codice Regio* 607.

Historica collectio Illustrium virorum, eorum præsertim, qui scriptis aliquid commendarunt, & recensio operum, quæ postertati reliquerunt. Incipit ab Abaride Scythâ, & desinit in Chærilum Χερύλον per omnes Alphabetilitteras, exceptis duabus postremis Ψ & Ω. *In codice mss.* T.

In vno codice mss. reperi vitas S. Athanasij Patriarchæ Alexandrini, S. Macarij Ægyptii, S. Xenophontis & filiorum eius,

S. Ephrem Syri cum eius testamento, S. Eusebiae quae & Xene, Martyria S. Timothei Ephesini Episcopi, S. Anastasij Persae, S. Clementis Ancyranus, SS. Cyri & Ioannis, cum Gregorij Caesar. Oratione in Gregorium Theologum, & Cosmae Vestitoris in reliquias S. Chrysoctomi. In altero Martyrium S. Nicephori Martyris, vitam S. Mariae Aegyptiacae, ex Aphroditiani narratione de Magis, &c. In alijs eiusdem Bibliothecae vitam S. Epiphanijs Cyprij, S. Ioannis Damasceni per Ioannem Patriarcham Hierosolymitanum, &c. sed ad *Regiam Gazam* accedamus in cuius codice 564. eadem haec vita reperitur, quae etiam edita est, tum Basileae, tum Parisijs.

Encomia in Eliam Prophetam, in Ioannem Baptistam, in Laurentium, in Agathonicum, in Procopium & Callanicum Martyres. In codice Regio 274. in quo Martyrium S. Emiliani, S. Theodotae & liberorum eius, SS. septem Puerorum Ephesi, S. Marcelli Apameae Episcopi, & alia.

SS. CYRI & Ioannis Medicorum *απαγγελλον* Martyrium. Item SS. Gordi, Polyeucti, Hermyli, S. Statonici, cum vitis S. Silvestri Papae auctore Eusebio, Theodosij Coenobiarchae, Ioannis Calybitae, Pauli Thebani, Antonij, Athanasij, Euthymij, Eusebiae peregrinae, & aliorum in codice Regio 493.

Symeonis Stylitae vita, Martyrium S. Babylae & trium puerorum, Charitonis Confessoris vita & Martyrium. In codice Regio 374. vbi & narratio de Miraculo S. Michaelis apud Chonas.

In SS. Basilium Caesariensem Arch. Gregorium Nazianzenum Theologum & Chrysoctomum P. CP. Encomium Georgij Camariotae. In codice Regio 56. In *Naudaeano* 60. Encomium S. Basilij auctore S. Ephrem.

S. CLEMENTIS Papae Romani, & S. Ignatij Antiocheni Praefulis Martyrium. In codice *Naud.* 38.

DANIELIS Scethiotae Monachi vita. In codice Regio 1025.

Eustathij Archiepiscopi in Demetrium Myroblyptem Martyrem. In codice Regio 1386.

S. EVDOCIÆ Martyrium. In codice Regio 306.

Gregorij Cyprij Encomium in Georgium. In codice *mss.* 16.

Martyrium S. Iacobi in Perside, & S. Eupli in codice 205. Regio *sub finem*, vbi Danielis visiones, & pleraque alia.

Theodori Studitae de Inventione capitis S. Ioannis Baptista. In codicibus Regijs 66. & 1045. Eiusdem de veneratione Crucis in 276. & 143.

S. Ioannis Apostoli & Euangelistae Historia auctore Prochoro

eius Discipulo. *Ex mss. exemplari.*

Theodori Studitæ encomia in S. Ioannem Euangelistam & S. Platonem Confessorem, *in codice Regio 273.* in sequenti habetur eius Testamentum.

Nicephori Blemmydæ laudatio S. Ioannis Theologi. *in codice Naudæano 80.*

Callisti Patriarchæ CP. encomium Ioannis Ieiunatoris. *in codice Regio 276.*

Theophanis Casariensis encomium Menæ, Hermogenis, & Eugraphi. *in codice Regio 142.*

Vita S. Mariæ Aegyptiacæ auctore Sophronio. *in codicibus Regijs 143. 148. &c.*

S. PAVLI vita, peregrinatio, martyrium per Euthalium Diaconum. *in codice Regio 423.*

Euodij de Martyrio SS. Quadraginta Duorum Militum. *in codice Regio 143.*

Georgij Decapolitæ de visione Saraceni, qua conuersus Martyrium pro Christo pertulit. *in codice Naudæano 54.*

Martyrium Theodori Magistri militum, & alterius Theodori Teronis, seu Tyronis appellati. *in codicibus Regijs 143. 1010.*

Nectarii Archiepiscopi CP. de Festo S. Theodori. *in codice Regio 143.*

Narratio ex vita Theodori Sabaitæ, quam narrauit Theodosius Edellæ Stylites. *in codice Regio 422.*

Choniati Archiepiscopi Atheniensis de Cruce. *in codice Regio 143.*

Georgii Cyprii Archiepiscopi encomia varia. *in codice Regio 1922.* Eiusdem Cyprii Patriarchæ CP. encomia in S. Georgium, in S. Dionysium Areopagitam, & in sanctam Marinam extant *in codice mss. Residentiæ nostræ Constantinopolitanae*, in quo post Synesii Ptolemaidis Ep. pleraque opuscula, continentur Monachi Theoduli Rhetoris Magistri 1. Declamationes Euphorionis Patris Cynagiri & Polemarchi Patris Callimachi: 2. Oratio ad Thesalonicenses de pace & concordia quæ incipit *ἔμοι δοκῶ τῶν πάντων ἔδεν*, &c. 3. *πρεσβυλικὸς* seu oratio in legatione habita ad Imperatorem Andronicum Palæologum: 4. Encomium in sanctum Ioannem Prodromum seu Baptistam. 5. *προσφωνήτικοι* tres, nempe magno Stratopedarcho Angelo, magno Logothetæ Theodoro Metochitæ, & Patriarchæ Constantinopolitano Niphoni: 6. ad Philosophum Iosephum *περὶ τῶν ἐν ἰταλῶν ἔ Περσῶν ἐφόδῳ γεγεννημένων*. 7. Eiusdem sermo in sanctum Euthymium Thaumaturgum

gum Episcopum Madytarum. 8. Encomium maris & vn iuer-
ta aquarum natura, & quaedam alia. Ferunt praeterea in Bi-
bliotheca quadam Italiae latere Cyri Theodoli Magistri ad A-
thenienses in Olynthijs, de nauigatione e Thessalonica By-
zantium, & rursus Byzantio Thessalonicam, de republica, & alia
quadam.

Aphrodisiani Philosophi de Incarnatione Domini. *in codice*
Regio 1045. & in alijs, quorum iam supra mentio incidit.

Ioannis Phurnae de Assumptione B. Virginis, seu de translatione
Sacri corporis Deiparae, quod surrexit ante communem resurre-
ctionem. *in codice mss. G.* cum Theophanis Ceramei Homilijs
& in *Regio 801.* in quo & alia plures Homiliae.

Nicolai Cabasila in Assumptionem Domini, & in Annuncia-
tionem B. Virginis. *in codice Regio 1379.*

Pantaleonis Diaconi & Chartophylacis in sanctum Michaellem.
in codice Regio 1473.

Theodoti Monachi Encomium in Annunciationem B. Vir-
ginis. *in codice Regio 800.*

Martyrium & Encomium XL. Martyrum. *in codice Regio 143.* alijs-
que quampluribus.

S. GREGORII Agragantini, S. Alypij, S. Stephani Iunioris & a-
liorum Vita, ac Martyria SS. Platonis, Mercurij, Iacobi Persae, &c.
Ex codice Regio 738 at in *codice 804.* habentur Leontij Presby-
teri in vitam & miracula Gregorij Agrigentini, Stephani Diaconi
CP. de vita certamine & miraculis Stephani iunioris, sancti
Nicolai Myrensis Episcopi vita & miracula, sanctae Barbarae mar-
tyrium, &c.

Stephani illius vitam Latinè vertit, ediditque omisso Graeco
textu V. C. Iacobus Billius Prunæus cum S. Ioannis Damasceni
operibus anno 1577. Parisiis apud Guillelmum Chaudiere. Vi-
dendus etiam 148. *codex eiusdem Regiae Bibliothecae*, in quo Arsenij
vita, Tryphonis Martyrium, Georgij Martyris acta, & alia in
alijs, quae si quis percensere voluerit,

*Pere prius flores, aestu numerabit aristas,
Poma per Autumnum, frigoribusque niues.*

Prestiterit sanè per otium et dedita opera texere omnium sanctorum
sanctarumque syllabum ordine Alphabetico, quorum vitas, Acta,
Martyria, Encomia, seu Laudationes Graecè habentur in Regia, aliisque

Parisiensibus Bibliothecis. Quod, priusquam fiat, de Simeonis Metaphrasticis mensibus nonnihil hoc loco praemittere decreueram.


Verum, cum nuper certò acceperim doctissimam V. C. Leonis Allatii de Simeonibus dissertationem breui Parisiensibus typis publicandam, eò Lectorem curiosum amandare satius iudicavi, quam incondita oratione diutius eum in proponenda hac prima Antiquarum Lectionum Graecarum Parte demorari.

Accedamus ergò ad secundam Partem: quam maioris commoditatis causa in tres paragraphos distinximus.

In I. coniecimus ea opuscula quae ad Sacrae Scripturae intelligentiam conferunt.

In II. Polemica Graecorum aduersus Hareticos opuscula, necnon eorundem, tum inter se, tum cum Latinis ac pro iisdem altercationes.

In III. denique Ascetica quae ad vitae Spiritualis profectum & Religiosorum instituta regulasque pertinent.





NOVÆ
BIBLIOTHECÆ
MSS. GRÆCORVM,

SIVE SPECIMINIS
ANTIQUARVM LECTIIONVM
GRÆCARVM

SECUNDA PARS.

Biblica & Theologica.

§. I.

EVSTATHII Antiocheni Archiepiscopi in Hexaëmeron & Genesin, cum Auctario hactenus non edito, vsque ad Alexandri Magni tempora. *In codice Regio 1027.* vbi & Historia operum publicorum CP. ex Himerio Chartulario, & Theodoro Lectore; necnon Ecloga Chronicorum ab Adamo ad Michaëlem generum Nicephori Imperatoris ex Ioanne Historico, & alia excerpta ex Synkello & Theophane.

Catena SS. Patrum in Genesin & Exodum. *In codice Regio 810.* *In codice 219.* habetur Catena in Pentateuchum.

In mss. n. Catena in Octateuchum ex Acacio, Apollinario, Basilio M. Clemente, Cyrillo Alex. Diodoro Tarsensi, Eusebio Cæs. Eustathio Antiocheno, Gennadio CP. Gregorio Nysseno, Gregorio Theologo, Ioanne Chryf. Iosepho, Isidoro Pelusiota, Seueriano Gabalorum, Theodoreto.

1204231

PROCOPII. Epitome Collectaneorum in Genesin & in Isaiam. *Ex codicibus mss. l. 12. aliisque, ut cum editis possint per otium conferri.*

ORIGENIS Adamantii in Iobi historiam expositio. *Ex codice Regio 1011. & aliis præsertim F. in quo subiiciuntur sancti Ioannis Chrysostomi in eundem Iobum Homiliæ quatuor. In codice Regio 952. sunt quædam fragmenta commentariorum eiusdem Origenis in Exodum, & in Cantica Canticorum: videndi quoque codices 209. 219. 537. 753. 2263. 2280.*

Scholia Olympiodori, Polychronii, Didymi, & aliorum in Iobum. *In codice Regio 2280. & mss. G. in quo expositiones in Proverbia, Ecclesiasten & Canticum Cant. Salomonis. In mss. H. Catena in Iob, ex Apollinario, Basilio, Clemente, Cyrillo Alex. Dionysio Areopagita, Didymo, Euagrio, Eusebio Cæs. Greg. Nysseno Greg. Theologo, Io. Chryl. Iuliano Alex. Methodio Sida, Origene, Seuero Antiochiæ Ep. Theodoro Mopsuestia, Theophilo Alexandria, &c.*

Catena SS. Patrum in libros Regum. *In codice Regio 753.*

Multorum scholia in Isaiam. *Ex codicibus Regijs 1934. & sequenti. Eusebii in Esaiam commentarius Græcus dicitur alicubi delitescere.*

Expositio Visionum Ezechielis. *In codice 1595.*

THEOPHYLACTI Archiepiscopi Bulgariae expositio in Oseam, Ieremiam, Habacuc, Nahum & Micheam. *In codice mss. G. cum eiusdem epistolis LXIII.*

EPIPHANII in Nahum Prophetam. *In codice Regio 142.*

Incerti scholia in Psalms, & in Cantica S. Scripturæ. *In codice Regio 409. Catena in Psalms. In codicibus Regijs 109. 211.*

Nicephori Xanthopuli in Psalms. *In codice Regio 497. Eiusdem, alteriusve Nicephori expositio in Psalmum octauum, habetur in codice Naudæano 72. Cyrus Theodorus Prodromus expositionis in Psalms Epitomen ex Theodoreto scripsit, ut ex quodam mss. Indice didici.*

EVTHYMIJ Zygabeni in Psalms. *In codice Regio 1016. In mss. 5. 14. habetur eiusdem Authoris expositio tantum in Psalms LXXVI. priores.*

Catena in Psalms & in Cantica Mosis, Annæ, aliorumque vtriusque Testamenti ex variis SS. Patrum fragmentis contexta, nimirum Apollinarij, Athanasii Alex. Basilij M. Cyrilli Alexandrini, Didymi Alex. Diodori Tarsensis, Eudoxii Philosophi, Eusebij Cæsariensis, Eutychii, Gregorii Nyssæ, Hesychie Presbyteri

Presbyteri Hierosolymitani, Hippolyti Episcopi, Ioannis Chry-
sostomi, Maximi, Nicolai Presbyteri, Origenis, Seueri Antio-
cheni, Theodoret, Theodori Mopsuestia, Theodori Heraclia,
Victoris & alterius innominati.

Catena SS. Patrum in quatuor priores Psalmos. *In codice
mss. 32.*

MAXIMI Confessoris in Psalmum LIX. s. *In codice mss. 18.*

DEMETRII Chalcedonij in parabolas Salomonis: incipit:
ὁ τῆς ἐκκλησίας μὲν, &c. cum Polychronio Diacono in Ecclesia-
sten, &c.

PROCOPII Christiani Sophista in Cantica Canticorum epito-
me Eclogarum ex variis Patribus. *In codice Regio 1263.* in quo conti-
nentur eiusdem in Prouerbia, in Ecclesiasten, & Sapientiam Salo-
monis Ecloga. *In cod. mss. G.* Habentur Procopij Sophista Christi-
ani in Prouerbia Salomonis excerptarum expositionum Epitome,
Neophyti Presbyteri Monachi & Reclusi Prolegomena in Can-
ticum Canticorum, expositio diuerforum in Cantica Salomonis
& de Prouerbiis dissertatio Anonymi.

THEOPHYLACTI Bulgaria Archiepiscopi synopsis in Euan-
gelia. *In codice mss. In codice Regio 1801.* habetur Epitome interpre-
tationum eius. *In 714. 519. 914. 1040. 1421. & 1782.* Expositiones in
Euangelia & sancti Pauli Epistolas.

Anonymi Commentarius in Matthæum, cum electis moralibus
ex SS. Patribus in idem Euangelium. *In codice Naudæano 8.*

PETRI Laodicensi in Euangelium S. Matthæi. *Ex mss. R. P. Hie-
ronymi Vignerij.*

ORIGENIS in Euangelium Marci. *In codice Regio 1048. & in
fasciculo 23.* in quo Olympiodorus in Ecclesiasten, & quædam ad
Græcorum Latinorumque Controuersias spectantia.

VICTORIS Episcopi Antiocheni in Euangelium S. Marci cum
catenis SS. Patrum in Matthæum, Lucam & Ioannem. *In codice
Regio 537. Videndus etiam codex 1058.* Extat in Bibl. SS. Patrum ex
Latina dumtaxat interpretatione Theodori Peltani Soc. nostræ
Theologi.

Expositio in sancti Marci Euangelium, quam quidam tribuunt
sancto Chrysostramo. *In codice mss. 32.*

TITI Bostrorum Episcopi in S. Luca Euangelium commenta-
rius Græcè & Latine iam vulgatus est, vt minus necesse sit eius
hoc loco meminisse.

Incerti in Euangelium S. Ioannis. *In codice Regio 1931.*

Catena Græcorum Patrum in Euangelium S. Ioannis. *In codice*

Regio 159. Et in mss. H. ex Ammonio Presbytero, Antiocho Prolemaidis, Diodoro, Epiphanyo Cypri, Isidoro Pelusiota, Julio Episcopo Romæ, Origene, Severo Episcopo Antiochia, Theophilo Alex. Theodoro Heracleota, Theodoro Mopsuestia, &c. Apollonio, Athanasio Alex. Basilio M. Cyrillo Al. Didymo, Eusebio Cas. Gregoriis Nysseno & Theologo, Io. Chrysoftomo, &c.

Scholia in Acta, Epistolas sancti Pauli, nec-non Canonicas & Apocalypsin. Ex codicibus Regis 423. & 607.

Scholia in sancti Pauli Epistolas in codd. Regis, 505. 572. Item in alio codice mss. 10. Enarrationes in eadem Epistolas, cum variis scholiis in margine, ex Chrysoftomo, Seueriano, Theodoreto, Gennadio, Oecumenio, &c. & in mss. G. Glossæ in omnes sancti Pauli Epistolas.

Catena in Epistolam ad Hebræos ex variis Patribus. Ex codice Regio 219.

THEOPHYLACTI in Canonicas Epistolas ex codice mss. incipit: ἐπιθὲν αὐτὸς ὁ Ἰωάννης ἑστὶ ἐναγγέλιον γράψας, &c.

Commentarius in Iacobum fratrem Domini, & in Ioannem Theologum. In codice Regio 1079.

Expositio sacra Scriptura secundum ordinem Alphabeti. Ex codice mss. C.

Poterunt iis addi Ecclesiasticorum Tractatorum varia in B. Virginem encomia, quamquam iam pleraque edita sunt. Ex his verò, quæ delitescunt adhuc in tenebris, proferentur in lucem.

S. IOANNIS Damasceni, λόγος εἰς τὴν ἡύνησιν τῆς καθάραιας διασκίτης ἡμῶν Θεοτόκου, cuius initium. Λαμψέως πανηγυρίζῃς ἡ κτίσις σήμερον.

ΕΠΙΦΑΝΙῆ Cypri Episcopi Encomium in B. Virginem quod incipit, τὰς ἐμλαμπύσας τῆς Θεοτόκου ἀκτίνας.

CYRILLI Alex. Patr. Homilia Ephesi dicta aduersus Nestorium, cuius initium: Φαίδρος ἡμῶν ὁ λόγος. Eiusdem alia in Purificationem B. Virginis & occursum Domini IESU, quæ incipit, Πολλὴ μὲν λίαν ἡ συνόδος καὶ σεβασμός ὁ ἀκροαίης.

TARASII CP. Patr. sermo in B. V. ἐπεὶ σεσπινέχθη ἐν τῷ ναῦ βίε-
πίζουσα, cuius initium: Φαίδρος καὶ παρθένος ἡ παρθένος πανηγυρίς.

GEORGIJ Nicomediensis Metropolitæ sermo in occursum Domini, & Deiparam, sanctum Simeonem, sanctamque Annam, qui incipit: τὰ τῆς παρουσίας ἱερᾶς πανηγύρεως, &c.

SOPHRONIJ Hierosolymorum Patriarchæ in Annunciationem B. Mariæ Virginis sermo, cuius exordium ab iis ducitur verbis: Εὐαγγέλια, ἀδελφοί, εὐαγγέλια, καὶ πάλιν ἑρῶ εὐαγγέλια. οὐχ ὅτι πάντων εὐαγγελίων ἴσταν ὑψηλότερα, διηγήτερα τε καὶ κομψότερα, καὶ ἀσυκρίτοις ἰσχροχῆς ἐξοχότερα.

S. IOANNIS Damasceni Monachi & Presbyteri, λόγος εἰς τὴν εὐαγγελισμόν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἡμῶν Θεοτόκου. Cuius initium. Νυνὶ ἐν τῆς βασιλείδος βασιλικῆς, καὶ ὑπερέξενος ἐορτῆς τε, καὶ πανήγυρις ὑπὲρ τὰς χερσαυγίας ἀκτίνας τῶ ἡλίου ἐξέλαμψε. νυνὶ ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία ευμφορῶς ὑπετίθεται λίαν ἀγαλλομένη· νυνὶ οἱ φιλοθεάμονες καὶ πανηγυρισταί, &c.

S. ANDRÆE Hierosolymitæ beatissimi Cretensium Archiepiscopi in Assumptionem seu Dormitionem B. Virginis sermo, εἰς κοίμησιν τῆς πανένδοξου Θεοτόκου ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, cui hoc exordium: οἱ τῶ ἐν πλάματι θεωρίαν τῶ αὐτοῦ καὶ καθαρωτάτῳ φωτὶ τῆς ἀπλανῆς ἐλλαμπόμενοι γνώσεως, καὶ τῆ ἀδιδάκτου μυσταγωγίας, &c.

S. IOANNIS Damasceni in dormitionem B. V. tres orationes, quarum priores duæ Latinè duntaxat editæ, tum Basileæ interprete Raphaële Volaterrano; tum Parisiis interprete V. C. Iacobo Billio pag. 390. & 386. editionis Calderiana, hoc præferunt initium: Ἐστὶ μὲν ἀνθρώπων οὐδεὶς ὅς καὶ ἀξίαν τῆς Θεομήτορος, &c. Μνήμη δικαίων μὴ ἐλκωμίων γίνεται, φησὶν ὁ σεφώτατος Σαλομών, &c. Tertia nec Latinè nec Græcè, quod sciam, edita, sic exorditur: Ἐδεῖ ὅτι τοῖς ἐρωτικοῖς ἄφ' οὗ πη διακρίνομεν ἐπὶ γλώσσῃ ἀπὸ πᾶτο φέρειν, καὶ τῶ νῶν ὑψηλοτέρῃ καὶ μὴ ἡμέραι φασιλάειν: sed de iis plura in separatâ, quam molimur, omnium eiusdem sanctissimi Theologi operum editione Græcolatinâ.

MODESTI Hierosolymorum Archiepiscopi encomium in dormitionem sanctissima Domina nostra Deiparae semperque Virginis Mariae, cuius initium ab hisce verbis: Ἀφ' αὐτοῦ ἡ πανίερρος γνώσεως τῆ σπῆραν ἐορτῶν τῆς Θεομήτορος χριστοῦ ἐπὶ καὶ τὸ μυστήριον ὑπερέξενον, &c.

§. II. Inter Theologicos Tractatus locum hic dabimus quibusdam Græcorum recentiorum, tum inter se, tum aduersus Latinos, Polemicis opusculis, non quòd ea luce publicâ digna iudicentur, cum verissimè dixerit V. C. Leo Allatius Græcus ipse Chiensis, ac Græcorum omnium nostræ ætatis eruditissimus in Diatribâ de Psellis, eorûmque scriptis, PHOTII, CABBASILÆ, PALATMÆ, NICOLAI Methonensis, aliorûmque, puta CAMATERI, PHVRNII, MOSCHAMBARIS, BVLGARIÆ, PANARETI, ac similibus, in Ecclesiam Latinam commentationes nugacissimas, non sine tedio ac stomacho, se legisse: verum vt eruditus Lectoribus Historiæ ac Theologiæ studiosis certò constet, si quando sese offerat de iis disputandi scribendive occasio, quibus in Bibliothecarum angulis in celeberrimâ Parisiorum vrbe Lutetiâ, omnis elegantia atque eruditionis matre, delitescant in membranis veteribusque chartis exarata.

AMPHILOCHII Iconij Episcopi præter ea quæ iam edita sunt, extant in codd. Regiis 205. 275. 1818. 1387. contra Arianum Eunomium & Macedonium, in Natalem & Circumcisionem Domini, in quadrid. Lazarum, de pœnitentia & spe, &c.

ANASTASII Sinaitæ Archiepiscopi Antiocheni Contemplationum Anagogicarum in Hexaemeron Mosis orationes vndecim. Ex Apographo ms. codd. 202. & 243. Bibliotheca Bauarica, aut aliterius cuiuspiam nobis incognita.

Eiusdem expositio fidei orthodoxæ, Ex codd. Regiis 808. 1026. In alio codice memorantur de rectis apud nos veritatis dogmatibus quatuor sermones. Item sermo cum ad suam rediret sedem: cum encomio sancti Nicolai Episcopi, in decollationem sancti Ioannis, in Annunciationem Deiparæ, & in Dominicam Palmarum.

Eiusdem variæ quæstiones & solutiones seu Theologicae de variis argumentis, seu Physicæ de vitâ & morte. in codd. Regiis 938. 200. 1004. 1026. 1110. 2206. 2206. 1819. 1772. 1789. 1067. & in aliis mss. 43. 44.

Eiusdem quæstiones duæ I. si fortè rerum potirentur Iudæi, Infideles, aut Hæretici, an pro eis orandum in Ecclesiâ. II. de Iudæis vitâ functis ante aduentum Christi, an sint anathematizandi. In codd. Regiis 1819. & 1770.

Eiusdem Patriarchæ Antiocheni, Archiepiscopum non subesse iudicibus laicis, sed maiori Archiepiscopo. In codice Regio 1026. Item narratio eorum, quæ in Synodo ab Orientalibus Episcopis gesta sunt in Perside. In codice Regio 1370.

Eiusdem quæstiones & responsiones duæ. I. in illud Prou. sapientia edificavit sibi domum. II. Quinam septem Lychni, quos vidit Zacharias Propheta. In codice Regio 1996.

Eiusdem de Fide redemptionis ad Ecclesiam, quæ est in Babylone. In codice Regio 1026.

Eiusdem in spiritum blasphemix. In codice Regio 932. & de tribus quadragesimis in 1770. in 1728. de verâ adoratione, in 1708. an quotidie communicandum corpori Christi, &c. eiusdem sanctissimi Viri opuscula, de quibus consule quæ ex R. P. Francisco Turriano refert Posssevinus sub finem secundi Tomi Apparatus Sacri.

ANDRÆ Archiepiscopi Casarea quæstiones ex libro Therapeuticon: quò abeunt anima post mortem corporis. In codice Regio 930.

ANDRÆ Hierosolymitani Archiepiscopi Creta orationes seu

seu encomia plurimâque opuscula descripta leguntur, in *codd. Regiis*, aliisque. Quæ verò in *codice* 919. dicuntur eius & Hippolyti Papæ Prognostica, & Vaticinia varia, arbitror supposita.

ANDRÆ Rhodij Latini Apologia. In *codice* Regio 1290.

ARSENI Pergameni capita Antirrhetica. In *codice* Regio 1761. in 2180. sunt Arsenij responsa ad Hæreticum quemdam de Spiritu sancto.

BARLAAMI Monachi de processione Spiritus sancti contra Latinos libri nouem, & de controuersis Græcorum & Latinorum libri xx. Item refutatio dogmatis Latinorum. In *codd. Regiis* 800. 1026. 1290. 1377. 1897. Quod Barlaam & Acindynus auctores sunt diuisionis Diuinitatis in 1378. Alius est à Barlaamo de Seminaria Hieracensi Episcopo, de quo Henricus Canisius Tomo VI. Antiquæ Læctionis.

BARSANVPHII, & Ioannis eius discipuli, Didascalix super variis quæstionibus Monachorum in regione Gaza. Eiusdem quæstiones, & ad quendam senem agrotantem. In *codd. Regiis* 932. & 1760. Verùm de his commodiùs agendum erit, tertia Parte nostrâ Epistolica.

BESSARIONIS Archiepiscopi Nicæni & Cardinalis, Dogmaticus, siue de vnione, refutatio eorum quæ scripsit Planudes, Apologia, & quæstiones ad Diethonem, &c. In *codd. Regiis* 901. 911. 1290. 1766. Quædam ex iis Romæ aliisque in locis fuerunt edita.

CONSTANTINI Pselli expositio Fidei. Ex *ms. exemplari*.

CONSTANTINI de Papa Romano vnâ cum Photio. In *codice* Regio 5.

CYRILLI solutiones quæstionum Dogmaticarum Tiberij Diaconi. In *codice* Regio 1026.

DAUIDIS Dishypati de blasphemis Barlaami & Acindyni ad Nicolaum Cabasilam. In *codice* Regio 692.

DEMETRII Cydonæ, aduersus Palamam libri octo cum Apologia, &c. In *codice* Regio 1412. Verum, ne quid dissimulem, tribuitur quoque Ioanni Cyparissioræ. Eiusdem Demetrii vanum esse mortis metum in 1759. 2016. contra Planudem in 911. Symbuleutici duo ad Romanos & Proœmia duo in Chrysobullum monasterij in Didymoteicho in 1759. De eiusdem Epistolis suo loco. Nonnulla huius Auctoris opuscula edidit Arcudius Romæ anno 1630.

DEMETRII Tornici de Spiritu sancto. In *codice* Regio 604.

Z

EVSTRATII Metropolitæ Nicææ expositio disputationis de Spiritu sancto cum Grololano Archiepiscopo Mediolanensi. *In codice Regio 604.*

EVSTRATII Presbyteri Magnæ Ecclesiæ CP. liber aduersus eos, qui negant animas post mortem operari, & viuorum suffragiis adiuuari. *In codice Naudeano 30.*

EUTHYMI Zygabeni Monachi Panopliæ dogmatica *ex codice mss. collato cum Regiis 455. 502. 901. & 1182.* In XII. Tomo col. 536. Bibl. Morellianæ SS. Patrum Titulus dumtaxat XXIV. Partis II. editus est Græcè & Latinè.

Eiusdem contrà XII. capita Romanorum de processione Spiritus sancti. *In codice Regio 1818.*

GENNADII Scholarij Patriarchæ CP. dialogus contrà Iudæos, & interpretationes Prophetarum, de vnicâ viâ ad salutem, de fide Christianâ, de primo cultu Dei siue lege Euangelicâ, de prouidentia & prædestinatione, de vno in Trinitate Deo, de electione & vocatione ad Fidem Christianam, &c. *in codd. Regiis 788. 889. 1816. In codice 2282.* eidem tribuuntur & alia plurima, vt de rationali animâ, de statu animarum, de diuinis operationibus quomodo inuicem distinguantur, de vno Deo in Trinitate contra Atheos, de libero arbitrio, de vtilitate precum, de Humanitate Christi, &c. Visendus quoque *codex 1765.* in quo commentaria de nouo Latinorum Fidei dogmate, de libro Gemisti, de prouidentia Dei, quæstiones & responsiones de diuinitate Christi, de secundo aduentu Domini, & resurrectione corporum, aduersus Automatas & Polytheos, de negatione Petri & Galli cantu, de horâ quâ crucifixus est Dominus, de arboribus in Paradiso, &c.

GENNADII eiusdem dialogus de Fide cum Mehemeth sermone Græco litterali, necnon Turcico, scripto tamen characteribus Græcis. *in codice Naudeano 68. In Regio 1686.* inscribitur de Fide ad Amurathem Mahometem. *In 1004.* Confessio Fidei Christianæ à Gennadio CP. & in eodem Vaticinium Constantinopoli reperiuntur in columnâ marmoreâ à Gennadio Patriarchâ expositum. Adeundi quoque *codices 808. & 1727.* & Diatriba Leonis Allatij.

GEORGI Archidiaconi CP. de sancto Spiritu libri tres, cum refutatione trium Capitulorum Maximi Planudis, & scriptorum Manuelis. *in codice Regio 1185. In 800.* autem dicuntur esse Georgij Diaconi Metochitæ de processione Spiritus sancti libri quinque: Responsio ad tria capita, quæ proposuit Maximus Planudes, & Responsio ad ea, quæ scripsit Manuel Cretensis cognatus.

GEORGI Hieromonachi Protosyncelli aduersus epistolam

Marci Ephesini. *In codice Regio 2242.* Eandem refutationem credo vidisse me *in mss. M.* cum sancti Thomæ quaestionibus aduersus Græcos.

GEORGII Gemisti Plethonis aduersus Bessarionem, responsio ad eius quaestiones. *In codd. Regiis 295. & 1769.* In mss. altero 28. eiusdem Auctoris, necnon Marci Ephesij aduersus Latinos quædam habentur opuscula, cum synodo Græca sub Andronico Palæologo. Gemisti Plethonis de virtutibus *in mss. O.* cum Zoroastris & Platonis dogmatum compendio, Descriptione Monachi, Tractatu de Zodiaco, Planetis, Sole, &c.

GEORGII Scholarij operum aduersus Latinos Tomi duo. I. in sex partes diuisus. II. in quatuor. *In codd. Regiis 2227. & 2239.*

Relatio GEORGII Scholarij & Clericorum Ecclesiæ CP. ad Ioannem Palæologum Imperatorem, cur non recipiant Decreta synodi Florentinæ. *In codice Regio 901.* in quo præterea extant Ioannis Becci P. CP. Petri Abbatis, & Manuelis Calecæ tractatus de processione Spiritus sancti.

GEORGII Trapezuntii aduersus Græcos ad Ioannem Cubicularium. *In codice Naudæano 45. In Regio 1242.* extat eiusdem Protrepticus ad Ioannem Imperatorem Græcorum.

GERMANI Patriarchæ CP. Expositio Fidei. *In codice mss. 51. & in Regio 1819.* Expositio Fidei Latinorum missa à GREGORIO Papâ ad Germanum CP. & GERMANI responsio ad eundem.

GERMANI Patriarchæ de Azymis ad Theodorum Studiten. *In codice Regio 1819.*

GREGORÆ Patriarchæ CP. sermones tres de dogmate Beki. *In codice Regio 572. in 1727.* Gregorij Cyprij Patriarchæ Hierosolymitani expositio scripti contra Beccum & apologia eiusdem scripti; item Professio fidei, & alia ad Andronicum Palæologum Imp. *In codd. Regiis 572. 608. 1334. 1761. 2180. In 1727. Caput xxxvi.* ex Antirrheticis eiusdem aduersus Beccum.

Epitome disputationis habitæ in Palatio inter GREGORIVM Thessalonicensem, & GREGORAM Philosophum. *In codd. Regiis 1379 & 1408.* in quo & Hypotheses quædam Theologicæ, refutationes Acindyni & similia.

GREGORII Thessalonicensis Archiepiscopi de Processione Spiritus sancti. *In codd. Regiis 692. 1408.*

Eiusdem capitula CL. Physica, Theologica, Ethica, Practica, aduersus Barlaamum *in 1213.*

Eiusdem de doctrinâ Acindyni ad Athanasium Archiepiscopum Cyzicorū liber vnus, & confutationū Acindyni libri septē. *In 1408.*

GREGORII Palamæ in Cyrillum. *In codice Regio 507. in 1379.*
sunt refutationes Acindyni pro Palama.

IOANNIS Becci Patriarchæ CP. de Processione Spiritus sancti.
*In codice Regio 901. eiusdemque Dogmaticum in 1819. Conferetur
cum editione Romana Petri Arcudij.*

IOANNIS Camateri P. CP. responsio ad ea quæ scripta fuerant
à Papa, & ad quæstiones propositas à Nerse Episcopo, necnon
Catechetici duo. *In codice Regio 1624.*

IOANNIS Cantacuzeni ex-imperatoris transnominati Ioasaph
Christoduli Monachi aduersus Iudæos libri nouem, aduersus Ma-
hometem libri quatuor, & orationes quatuor in Muzulmanos.
In codice Regio 281.

Eiusdem responsio ad Prochorum de lumine in monte Tabor.
*In codice Regio 508. & aduersus Isaacum Argyrum Monachum. in
codice 692. Item de dogmate Barlaami & Acindyni ad Paulum Pa-
triarcham CP. in 1435.*

IOANNIS Damasceni Introductio dogmatum ad Ioannem
Laodiceæ Episcopum *In codice mss. 7. in quo eiusdem Epistola
de Trifagio & de natura composita aduersus Acephalos. In codd.
Regiis quamplurima sunt eiusdem scriptoris monumenta, quæ
cum vulgatis comparari poterunt, vt inde feligantur quæ nondum
prodierunt, aut quod iampridem meditor, instituatur accurata
omnium eius operum editio Græco-Latina, in tres Tomos di-
uisa: quorum Primus libros quatuor de Fide orthodoxa cum Com-
mentariis Iodoci Clithouei Neoportuensis Doctoris Parisiensis:
Secundus eximium opus Eclogarum seu Collectaneorum ex Sa-
cra Scriptura Sanctisque Patribus concinnatum, non quidem vt
edidit Billius ex codice Cardinalis Caraffæ, inscripsitque Paral-
lela, verum vt habetur in præstantissimo illo mss. Codice membra-
naceo quantiuis pretij, quem Collegio nostro Claromontano
donauit Eminentissimus Cardinalis Franciscus Rupifucaldius, vir
omnium præconiis æternum celebrandus: Tertius opuscula Phi-
losophica & Theologica cum orationibus, Poëmaticis, atque Hi-
storiâ Indicâ continebit. Faxit Deus Opt. Max. vt eruditissimi il-
lius Theologi ac Theologorum parentis opera, quæ adhuc lu-
ctantur cum blattis, nancisci liceat, breuîque in omnium com-
modum, explosa Basileensi editione Græco-Latina mendosa at-
que imperfecta, Parisiensibus typis publicare.*

IOANNIS Citrensis de consuetudinibus & dogmatibus Lati-
norum. *Ex codice Regio 1290.*

IOANNIS Monachi dialogus cum Marco Ephesio de processio-
ne

ne Spiritus sancti. *In codice Regio 1290.* in quo & IOANNIS alterius Monachi Philagræ demonstratio, in quibus dissideant Græci à Latinis.

IOANNIS Cyparissiotæ aduersus Palamam libri octo. Item libri quinque aduersus eundem, octo quoque Apologia, & in Palamitarum Apostasiam libri tres. *In codice Regio 1412.* Sed vide quæ paullò ante de Demetrio Cydonio diximus.

IOSEPHI Bryennij de diuina energiâ, & de lumine in monte Tabor, & eiusdemmodi alia. *In codice Regio 507.*

IOSEPHI Patriarchæ CP. Confessio. *In mss. 0.*

ISAACI Catholici Magnæ Armeniæ sermo Steliteuticus contra Armenios & eorum dogma, atque eiusdem de xxx. eorum Hæresibus. *Ex codice Regio 696.*

LEONTII Episcopi Neapolitani in Cypro ex libro quinto Apologia pro Christianis contra Iudæos, & de cultu imaginum. *In codice Regio 1026.*

MANVELIS Calecæ de Processione Spiritus sancti, & aliis pluribus aduersus Græcos controuersis. *Ex codice mss. nostro comparato cum codice Regio 901.* in quo & sententia synodalis Ioannis Patriarchæ CP. cum synodicâ sententiâ aduersus Barlaamum & Acindynum, &c.

Eiusdem Calecæ *ἄφι οὐσίας καὶ ἐνεργείας.* *In codice Regio 1627.* De eiusdem Calecæ opusculis duobus Latine redditis à R. P. Iacobo Pontano Soc. Iesv, nonnihil præmissimus ad calcem II. Partis Antiquarum Lectionum Latinarum, pagina 36.

MANVELIS Chrysoloræ capita, quibus probatur Spiritus sanctus & à Filio procedere. *In codice Andæano 32.*

MANVELIS Christonymi, An Virgo Deipara honoranda sit præ Cherubinis. *In codice Regio 1686.* In schedis, quas penes me habeo, præfigitur hic titulus: τὸ μέγαλον ἐκκλησιάρχου Διακόνου τῶν τῶ χειροῦ μυστηρίων Μανὴλ τῶ Χειρωνύμου λόγος ἀποδεικτικὸς πρὸς τὸν ἀποερωπίας ἢ ἐγκαλωπίας, πὸς ἢ Θεοτόκος πμωτέρα τῶν Χερουβίμ, καὶ ἐσδοξότερα ἀσυκρίτως τῶν Σεραφίμ λέγεται ὅτι ὑλόζως, οὕτω λέγεται, καὶ καὶ τὸ ἔξω λόγον, καὶ τῆς ἐκκλησίας.

MANVELIS Magni Rhetoris Ecclesiæ CP. de Igne Purgatorio post mortem, necnon de Marco Metropolita Ephesi, de Florentina synodo, & contra Gemistum & Bessarionem. *In codice Regio 1816.*

MANVELIS Palæologi Imp. dialogus cum Perse quodam super Religione Christianâ disputationibus xxvi. *In codice Regio 1385.*

MARCI Alexandrini Patriarchæ quæstiones. *In codice Regio 912.*

MARCI Ephesij, seu Metropolitanæ, atque Archiepiscopi Ephesinæ ciuitatis, orationes de Purgatorio habitæ Ferrariæ ad Cardinales. *In codice Regio 250.* in quo etiam habentur eiusdem responsiones ad quæstiones Cardinalium, & de cõsecratione corporis Dominici. *In codice 2016.* Solutio duarum quæstionum à Rege propositarum *in codd. 1819. 1290. 506. & 507.* leguntur eiusdem Epistolæ ad orthodoxos, Epilogus aduersus Latinos, Confessio Fidei, &c. *in 1334.* quædam in Georgium Scholarium, & similia quæ nemo digna iudicet, quæ prælo subiiciantur: *In mss. T.* habetur eiusdem ἑμερολογία τῆς ὁρθῆς πίστεως ἐκτεθειμένη ἐν Φλωρεντίᾳ κατὰ τὴν πρὸς Λατίνους συνοδικὴν συνέδριον. Incipit: Ἐγὼ ἐν τῷ Θεοῦ χάριτι, &c.

MAXIMI Confessoris, & alterius Monachi multa habentur opusculà *in codd. Regiis, aliisque*, quæ examini & otio eruditi alicuius Interpretis relinquenda arbitror. De iis fortè plura aliàs.

MAXIMI Planudæ capita de Processione Spiritus sancti cum refutatione Bessarionis & Demetrii Cydonæ. *in codice Regio 901.* nec prætereundus *codex 911.* Ex iis nonnulla edidit Romæ Petrus Arcudius anno 1630.

MATTHÆI Monotropi contrà Latinos. *in codice Regio 1307.* An idem sit cum Matthæi Monachi libro contrà Latinos *in codice 1026.* nondum mihi perspectum.

MATTHÆI Monachi, eiusdem alteriusve perinde mihi est, aduersus Iudæos libri quinque. *Ex codd. Regiis 788. & 1816.* in quo & tractatus, quid sibi velit panis, qui offertur in memoriis defunctorum, & in Sanctorum feriis.

MODESTI Archiepiscopi Hierosolymitani encomium in Dormitionem S. Mariæ Virginis, cuius initium: Ἀφ᾽ οὗ ἡ παύσις γινώσκῃ τῶν ἀπλῶν ἑορτῶν, &c. *Ex codice mss. Residentiæ CP. S. I.* de quo cum aliis eiusdem generis & argumenti opusculis iam dictum est pag. 83.

NICEPHORI Patriarchæ CP. & METROPHANIS Smyrnæ Episcopi, aliorumque expositiones Fidei, cum responsis Gennadij Scholarij P. CP. ad Ameræ interrogationes de sanctâ Fide, *in codice Regio 808.*

NICEPHORI aduersus Hæreticos libri duo. *in codice Regio 781.*

NICEPHORI Blemmidæ de Processione Spiritus sancti, eiusdemque ad Theodorum Ducam Lascarim de quibusdam quæstionibus dogmaticis. *In codice Regio 1761. in mss. N.* eiusdem oratio de Fide cum sancti Thomæ Ordinis Prædicatorum de processio-

nē Spiritus sancti, & excerptis de diuersis quaestionibus,

NICEPHORI Gregoræ, Dogmatici quatuor aduersus Palamam, cum eiusdem Historia *In codice Regio 1752.* in eo verò qui præt 1751. habes Nathanaëlis Chumni tractatus Theologicos, Philosophicos, Ethicos, Chrysobulla & epistolas.

NICETÆ Chartophylacis Nicani, quibus temporibus, & quibus de causis Ecclesia Romana secessit à Græcâ. *In codice Regio 1334.* In Sfortiana Bibliotheca fuisse dicitur Nicetas de azymis, & sabbatorum ieiunio, & nuptiis sacerdotum.

NICETÆ Metropolitæ Heracleæ responsiones ad Constantinum quendam Episcopum. *In codice Regio 912.*

NICOLAI Methonenis Episcopi Syllogismi de Spiritu sancto, aduersus Latinos & de Azymis. *in codd. Regiis 250. 604. & 1761. & in mss. M.*

NICOLAI Cabasilæ Chamæ de Gregoræ nugis, *in codice Regio 1759.* in quo præter cetera an sit *ἐπιήκειον τῆς ἀληθείας* aduersus Pyrrhonios, &c.

NICOLAI Pepagomeni ad Gregorium Thessalonicensem, & ad Gregorium Palamam, *Ex codd. Regiis 1379. & 1408.* in quo Hypotheses Theologicae, disputationes orthodoxi Theophanis cum Barlaamitis, Refutationes Acindyni, & similia.

NILI P. CP. sancti Ioannis Chrysostomi discipuli, multa latent opuscula in Parisiensibus aliisque Bibliothecis, quæ vt audio, parantur publicæ vtilitati ab erudito Interprete.

NILI Cabasilæ Thessalonicensis Enchiridium disputationum aduersus Latinos. *in codice Regio 1377.*

NILI Monachi, antea dicti Damylæ, collectanea ex SS. Patribus de Processione Spiritus sancti. *in codice Regio 1190.*

NILI Hieromonachi, qui & Nramyla, Patris spiritualis in S. Petra in monasterio Carcaffenorum, tractatus ad Maximum, & præcepta de seruanda recta fide. *in codice Regio 1819.* Videtur idem cum superiore, & procliuis est admodum primæ consonantis in cognomine mutatio: quâ dere certiora expectamus ex Diatriba V. C. Leonis Allatij.

PETRI Abbatis de Processione Spiritus sancti. *in codice Regio 901.*

PETRI Chartularij Diaconi responsa ad diuersas quaestiones. *in codice Regio 558.*

PETRI Latini Mediolanensis Episcopi, aduersus Ioannem Phurnem de Spiritu sancto. *in codice Regio 604.*

PHILOTHEI Patriarchæ CP. aduersus Gregoram libri xv. *in*

A a ij.

codice Regio 80. Eiusdem confutatio anathematismorum, in codd. 816. 1149. 1307. 2023.

Eiusdem aduersus Acindynum de Diuinitate & Diuino lumine, ad Petriotem de vnicâ Diuinitate, ad Magnos Domesticos de Antiquâ circumcissione, & ad Potestates, *in codice Regio 1752.*

PHOTII Patriarchæ CP. de Processione Spiritus sancti. *in codd. Regiis 572. 1379. 1772. & 2180.* in quo sunt eiusdem Photij, Eustathij, & Arsenij Monachi syllogismi de eodem argumento.

PROCHORI Cydonæ Monachi de lumine in monte Tabor, de energia & substantia Dei, cum excerptis ex sanctis Patribus, &c. *in codd. Regiis 508. 692. cum Scholiis, & 1435.*

SILVESTRI Papæ disputatio aduersus Iudæos, & Capitula. *in codd. Regiis 280. 957. 1026. & 1052.*

SIMEONIS Iunioris Theologi, Prapositi sancti Mamantis, capitula Theologica quæstiones & responsiones, & alia pleraque. *in codd. Regiis 944. 378. 1624. 1760. 1618. 2005.* Eiusdem quoque quamplurima annotaui in Catalogis aliarum Bibliothecarum. Verùm breui prodibit Diatriba Leonis Allatij de Simeonibus, ex qua longè plura ac certiora haurire licebit, quàm ex arentibus hisce lacunis.

SOPHRONII Patriarchæ Hierosolymitani de Incarnatione vnius ex Trinitate. *in codice Regio 2198.* Eiusdem ad Sergium apologia *in 1026.*

STYLIANI de proprietatibus S. Trinitatis. *in codice Regio 2216.*

THADDÆI Pelusiota P. Hierosolymitani contra Iudæos. *in codice Regio 808.* Eiusdem, alteriufne Thaddæi sint experimenta seu practica *in cod. 2068.* ignoro.

Disputatio Abbatis THEODORI Græci cum Ioanne Scoto. *in codice Regio 1600.*

THEODORI Grapti de Fide orthodoxa contra Iconomachos. *in codd. Regiis 134. & 195.*

THEODORI Metochitæ Logotheta varia habentur *in codd. Regiis 263. 288. & 800.* præter Philosophica, quæ continentur *codicibus 846. & 1414.*

THEODORI Prodromi breuis enarratio ad quæsitâ Sebastocratorissa. *in codice mss. 24.* Percurrendi quoque *codices Regij 623. 1500. 2120.* aliique.

THEODORI Studita libri tres, & nonnulla alia aduersus Iconomachos. *in codice Regio 709.* in quo inter cætera legitur eiusdem Theodori Abbatis *elogium.*

THEO-

THEOPHANI Metropolitæ Nicanæ contra Iudæos libri sex. *In codd. Regiis 788. & 1806.*

Disputatio THEOPHANI Orthodoxi cum Barlaamita & cum Theotimo, qui ab opinione Barlaamitanâ recesserat. *in codd. Regiis 1408. & 1379 in 2282* Deum infundere animam in semen inanimatum Theophani adscribitur; sed quis ille sit, quove tempore vixerit, mihi incompertum.

THEORIANI cum Græco quodam Dialogus aduersus Armenos. *in codice Naudeano 53.* conferetur cum Theoriani orthodoxi, qui Manuelis Comneni Porphyrogeniti ad Armenos legatus fuit, cum eorum Catholico de rectâ fide colloquio, quod editum in Tomo I. Bibliothecæ Græco-Latinæ SS. Patrum pag. 439. & Tomo XI. Morellianæ p. 439.

ZACHARIÆ Scholastici Episcopi Mitylenensis dissertatio, Mundum à Deo esse creatum. *in codice Regio 1246. & in alio mss.* Editum iam esse arbitror Græcè & Latine ex interpretatione Gilberti Genebrardi pag. 367. primi Tomi Bibl. Græco-L. SS. Patrum & Tomo XI. Morellianæ pag. 331. Si quid peculiare occurrat, Lectori significabimus.

Disputatio orthodoxi aduersus Anomæum, & Mædoniani aduersus orthodoxum. *in codice Regio 2180.* vbi & alia plura eiusdem generis.

Aduersus Mædonium & Eutychem Tractatus duo Anonymi. *in codice Naudeano 61.*

Sententiæ Patrum de dogmatibus Fidei, collectæ vt nonnemi visum est, ab Anastasio Monacho. *in codice mss. 0.* dicitur incerti collectio Theologica ex diuersis.

§. III.

AMMONÆ Abbatis opusculum de quatuor illis, quorum si vel vnum quis habeat, nec pœnitentiam agere potest, nec Deus eius orationem exaudit. *in codice mss. cui initium à vitâ Andreae sali.*

ANTIOCHI Monachi Lauræ Abbatis Sabæ Pandectes ad Eustathium Præpositum Monasterij Attalinæ qui iam editus est, extat *in codice Regio 700. in 331.* dicitur Monachus Lauræ Atalica, & opus diuiditur in capita cxxx. *in 939.* Antiochi Parænesis & Gnomæ: *in 1820.* capitula Ecclesiastica & Ethica. Lustrandi quoque *codices 537. 1745. & fasciculus 15.*

ARSENII & CHARITONIS Confessoris ad discipulos Didascalix & Paræneses. *in codice Regio 2226.*

S. ATHANASII Patr. Alex. Verba salutis ad Virginem capitulis 30. siue de Virginitate & Exercitatione spirituali. *Ex cod. mss.*

Eiusdem cap. 32. omnibus Renunciantibus, iisque qui saluari desiderant.

BARSANUPHII Responsiones ad variorum quæsitæ per Epistolas. *In codice Regio 932.* in quo Philothei de Præceptis diuinis, & Theoremata, Ethica, Phylca, Theologica, atque Excerpta è variis. Videndus quoque codex 1760. de quo iam supra & Parte III.

S. BASILII Epitimia, seu Canones Pœnitentiales pro Monachis compendiò traditi. *Ex cod. mss.* cui initium ab Oratione S. Damasceni de iis qui in fide dormierunt. Eiusdem quoque Pœnitentiale quotidianum pro Monialibus ex Canonario Ioannis Discipuli S. Basilij, vt quidem præ se fert titulus.

BASILII Monachi Præpositi Lauræ Malini Ascetica. *Ex codd. Regis 378. & 2216.* Edidit Latinè Ingolstadij anno 1603. R. P. Iacobus Pontanus noster.

CHRYSOMALLI de Humilitate Christianâ. *In codice Regio 1728.*

S. DIADOCHI Episcopi Photices in vetere Epiro de Persecutione spiritali, capita centum. *In codice mss.*

DOROTHEI de sanctis Ieiuniis Homilia. *Ex codd. mss. 42. & Regio 143.* Eiusdem Ascetica *in 2215.*

ELIÆ Presbyteri Anthologia Gnomica capp. COLI. *In codicibus Regis 378. 765.* in quibus Nili de octo vitiis Principalibus, & Ioannis Carpathij, varia opuscula, &c. Florilegium sententiarum ex diuersis vocat qui Latinè edidit R. P. Iacobus Pontanus Societatis nostræ Presbyter doctissimus.

EPICLETUS Christianus. *In codd. Regis 378. & 1662.*

ESAIÆ Abbatis Præcepta Nouitiis tradita. *In codice mss.* Eiusdem plurima opera deprehendi in Catalogo Bibliothecæ Card. Sirleti.

S. EPHRÆMI Paræneses seu Præcepta breuia. *In cod. mss.* in quo alia decem capitula de Disciplinâ Monasticâ & curatione cogitationum malarum.

EVAGRII Monachi Scithiensis Ascetica & Ethica. *In codice Regio 444. In 1770.* Euagrij Gnomæ, de passionibus animæ rationalis, & ad Anatolium de peccatis principalibus. *In 1662. περὶ ἑκτῶ λογισμῶν.* Ex Euagrio fragmenta *in 932 & 2280.* Euagrij verò, qui dictus est Scholasticus, Historiæ Ecclesiasticæ libri sex *in 2051.* Vidi & Tractatum eidem adscriptum περὶ διαφόρων λογισμῶν in capitula 50. distributum.

GEORGI Gemisti Plethonis de virtutibus *in codice Regio 2016.* cum Lamentatione super Hypomone & Cleope Reginis.

GREGORII Thessalonicensis Archiepiscopi ad Xenam Monacham de passionibus & virtutibus, & de iis, quæ per otium cogitatio parit. *In codice Regio 615.* in quo & eiusdem Homiliæ in Demetrium Martyrem, de mutua concordia, in Publicanum, in Prodigum, de secundo aduentu Domini, de misericordia & beneficentia, &c. Eiusdem post aduentum Christi præmia bonorum maiora, & supplicia malorum grauiora fuisse. *In 1379.* cum aliis, vbi additur, recitari Dominica *πρὸς τὸν τῆν ἀρχιεπίσκοπον.*

HE SYCHII Hierosolymitani, Presbyteri Gnomæ. *In codice Regio 1128.* eiusdem *ἐξαποστάδες δὸ ἀπὸ τῆς νήλεως καὶ ἀρετῶν*, ad Theodoretum, quæ extant *in codd. Regiis 932. 1658. 2005.* iam vulgatæ sunt. Eiusdem de inferno nonnihil habetur *in codd. 1760. 2005. 2005. 374.* Conciliatio Euangelistarum de Resurrectione Emanuelis.

IOANNIS Carpathiorum Episcopi ad Monachos ex India capitula Ascetica centum. *In codd. Regiis 378. 944. 994. 1025.* Sunt eiusdem & alia capitula Ecclesiastica cxvii. quæ fortè conueniunt cum iis quæ Latine vulgavit noster Iacobus Pontanus. Certè ccxvii. ipse numerat *ex codice Augustano* corrupto, alterius dimidij litteris humore exesis.

IOSEPHI Racendytæ de vita practica & cõtemplatiua. *Ex mss. R. 84.*

S. ISAAC Noui Pauli capitula parua 89. *Ex codice mss.* In alio quoque, cuius exordium Oratio S. Damasceni de iis qui in fide dormierunt, Abbatis Isaaci Syri nonnulla sunt fragmenta, de Contemplatione, de Puritate, de iis quæ à Deo petuntur, de sufferendis tentationibus & tribulationibus, de differentia lacrymarum, &c. cum Scholio Anastasij Monachi Sinaitæ, de mirabilibus rerum creaturarum, de ordine Monasticæ disciplinæ, &c. cum eiusdem Admonitionibus & Præceptis. *In codd. Bibliothecæ Sirlletianæ*, vt ex Mss. indice didici à Gerardo Vossio olim descripto, Isaaci Syri Abbatis & Anachoretæ Episcopi Niniues *ἀρχιλόγος εἰς τὸν ἀνδραγαθὸν βίον*, & orationes siue opuscula numero 57. quorum catalogum, quòd prolixior sit, in aliud tempus distuli. In Sfortianâ fuisse dicitur Isaacus Ascetes de virtutibus Monachorum cum Basij Hierosolymitani Martyrologio, &c.

LEONIS Imperatoris Orationes triginta tres habentur *in codice Naudæano 23.* quarum tantum nouem dicuntur editæ. In alio codice mss. N. legitur eiusdem Imp. de virtutibus & vitis opusculum, siue *πρὸς γεωργίαν τῶν ἀρετῶν οἰκονομικὰ ψαλμῶν ἐκδύπλωσις.* R. P. Iacobus Pontanus edidit Latine eiusdem Imp. Canticum Compunctionis, quod Græcè exhibebimus; *ex codice Regio 1820.* vt dicemus in Coronide metricâ.

MARCI de Pœnitentiâ & sermo admonitorius ad Nicolaum quendam amicum. *In codice Regio 944.* Marci Abbatis de lege spiritali Hecatontades quatuor *in cod. 948.* κεφάλαια ἑπτακτὰ, & eiusdem de Paradiso, de lege spiritali, de iustificatione ex operibus, de pœnitentia, & de baptisate, *in codice 1658.* sed de iis, Vide Tomum I. Bibliotheca Græco-Lat. SS. Patrum, & XI. Morelliana, pag. 869.

S. MAXIMI Confessoris Asceticus, Parænesis ad Georgium Africa Præfectum, de voluntatibus & operationibus capitula decem, & alia *in codice Regio 378.* Eiusdem de animâ *in codice Naudæano 41.* Plura de eo suo dicentur tempore.

METHODII Episcopi Patrensis, seu Patarensis potiùs, Symphon decem Virginum. *In codice Naudæano 71.* Vide Regios 720. 1255. & 1026. in quo etiam nonnihil decerptum habetur ex Methodio Philippensi.

Mosis Abbatis capitula septem missa ad Abbatem Pœmenem. *In cod. mss.*

NECTARIi primo sabbato Ieiuniorum Homilia, & alia de S. Theodoro. *in codice mss. 42. & in Regiis 143. 374. 276.*

NICEPHORI Blemmydæ Monachi & Presbyteri, de Imperatoris Institutione. *in codice Naudæano 26.* In alio mss. sermones tres ex eius Typico, de Fide, de Virtute, de Animâ, qui etiam dicuntur Instructionis ad Monachos libri tres.

NICEPHORI Gregoræ Florentius dialogus de Sapientia. *In codice Regio 2259.*

NICEPHORI Monachi de custodiâ cordis. *In codd. Regiis 932. & 2005.*

NICEPHORI C. P. Confessoris Canones ex ipsius Constitutionibus. *In codice Regio 912.*

NICETÆ Presbyteri Studitæ capitula Gnomica & Physica tribus centuriis. *In codice Regio 944.* In Sfortianâ fuisse perhibetur Nicetæ Monachi de anima, de Paradiso contemplatio, epistolæ, & de Hierarchiis.

NICOLAI Cabasilæ Chamaïtæ Sacellij Curatoris, quatuordecim sermones, & alia opuscula. *In codicibus Regiis 1033. 1759. 1307. 1379.* cum eiusdem Epistolis. Eius expositio S. Liturgiæ iam edita est. *In codice iam dicto 1759.* dicuntur esse septem libri eiusdem Cabasilæ de vitâ in Christo. Sex dumtaxat Latinos fecit R. P. Iacobus Pontanus.

NICOLAI Studitæ & PARTHENII Lampfaceni Homilia. *In codice Regio 106.*

NILI Patriarchæ CP. opera varia in codd. Regiis 378. 498. 615. 932. 933. 944. 722. 1067. 1662. 1381. 1387. 1788. 2005. 2218. &c. de Nili Hieromonachi præceptis de seruandâ rectâ fide diximus superiori §. Vidi & opusculum eiusdem Nili hoc titulo. Σκεμματα τῶ ἀγίου Νείλου εἰς τὸ βούλοιστο ἰδεῖν ἢ τῷ νοῦ κλιῖσασιν. Neque verò abs re fuerit duo hæc in eius Sancti laudem disticha ex codd. Regiis præmittere.

Νείλος μὲ ἀρετῆς ἢ ἀδύδου ταῖς γάπας·

ΝΕΙΛΟΣ δὲ πῶν ἐκπαίνῃ καρδίης.

Νείλου μὲ ποτάμιο ῥέος ἄβυσσὸς εἶδε ποτίζῃ·

ΝΕΙΛΟΥ δὲ αὐτῷ Μοναχῶν λόγος φρένας οἶδεν ἰαίνειν.

Multa quoque eiusdem sancti Archimandritæ opuscula erant in Bibl. Sirletianâ, quæ aliis memoranda relinquo.

Regula Monachorum quam Angelus Domini tradidit S. ΡΗΘΟΜΙΟ in tabula aræa. In codice mss.

PAULI Monachi Fundatoris & Præpositi Monasterio B. Mariæ Evergetidis Collectanea Ascetica. In codice Regio 1787.

PETRI Eremitæ Asceticus practicus, & alia. In codice Regio 1386.

PHILEMONIS Abbatis Præcepta Ascetica, MAXIMI Asceticus per interrogationes & responsiones, & N. . . Metropolita Chalcedonenſis exhortationes ad quandam Ascetiam. In codice Regio 1818.

PHILOTHEI de Præceptis Domini capitula 21. In codice Regio 853. Eiusdemque Monachi Sinaïtæ capitula 40. de Continentia & Sobrietate.

POE MENIS Abbatis Interrogationes. Ex codice mss. in Fasc. 40.

ΠΤΟΧΟΠΡΟΔΡΟΜΙ querela ad Comnenum aduersus Præpositos. In codice Regio 1334.

Præcepta SALOMONIS quadraginta, excerpta ab amicis Ezechia Regis, cum Paraphrasi. In codice Regio 278. in quo Salomonis Prouerbia cum interpretatione variorum, Ecclesiasta expositio ex Gregorio Nysseno, Gregorio Theologo & Maximo, Cantica Canticorum cum interpretatione Nysseni, Cyrilli, Nili & Maximi, &c.

SIMEONIS Iunioris Theologi Præpositi cœnobij S. Mamantis capitula Theologica, Practica, Gnostica, Ethica, necnon de penitentiâ & perfectione vitæ Monasticæ, & plura alia habes, in codd. Regiis 378 944. 1818. 1624. &c. Latinam interpretationem dedit R. P. Iacobus Pontanus, quam cum Græco textu comparate non pigebit ac publicare.

SIMEONIS Magistri Logotheta collectio ex Ethicis S. Basilij

titulis XXIV. *In codice Regio 1205. Edita est.*

SIMEONIS Theſſalonicenſis expoſitio Liturgiæ. *In codice Regio 1772.*

STEPHANI Abbatis Præcepta 10. Monachis data. *In codice mſſ. in quo & Baſilij Magni Præcepta ad Iuniores, & alia.*

THEODORI Edelſeni capitula Aſcetica cxxx. *In codice Regio 378. & in C. mſſ. Longè diuerſa ſunt à L. eiufdem alteriufve cognominis Abbatis capitibus editis anno 1603. à R. P. Iacobo Pontano S. I. P.*

THEODORI Laſcaris de Trinitate, de virtute, de ieiunio, Ethicorum epitome, Sapientiæ encomium, in S. Euthymium, ſanctoque Anargyros, &c. *In codice Regio 1031.*

THEODORI Metochitæ Doxologica encomia xx. *In codice Regio 288.*

THEOPHILI Patriarchæ Alexandrini oratio, cui rei humana vita ſimilis ſit. *Ex codd. Regiis vulgata eſt & Latinè reddita anno 1608. à Federico Morello, leuibufque pro more folioliſ commiſſa.*

ZOSIMI Abbatis ſermo. *In codice Regio 932. inſcribitur τὸ ἈΓΓΛῶ Ζωσιμῆ λόγος θαυμασιώτατος.*

INCERTI de humanæ vitæ miſeria, de Fide Chriſtianâ, de variis ætatibus hominis, & de Vita B. Virginis. *In codice Regio 2281.*

INCERTI Diſſertatio breuis de Prouidentia addita Commentariis Syriani in aliquot libros Metaphyſicorum Ariſtoteliſ, *in codice primo mſſ. Græco Bibliotheca P. C. Gabrielis Naudæi Pariſini.*

Diſputatio animæ & corporis libris quinque. *In codice Regio 623. in quo Germani Gabalorum, ſiue Zebel Epifcopi, de denominatione hominis.*

Enchiridion Pœnitentiale mixobarbarum, ſed optimæ notæ. *In codice Naudæano 59.*

Enchiridium Eccleſiaſticum, necnon Chriſtianum, cum interpretatione. *In codd. Regiis 944. & 2218.*

Enchiridium ſeu Præcepta Patrum capitulis lxx. *In codice Regio 1624.*

Dicta variorum Patrum. *In codice Regio 932.*

Anthologicon Ethicum ad Eliam Preſbyterum. *In codice Regio 944.*

Sententiæ & Apophthegmata per Alphabetum. *In codice mſſ. 44. in quo & Nicephori Patriarchæ Onirocriticon, & quædam alia.*

Interrogationes & reſponſiones Aſceticæ. *In codice Regio 932.*

Exhortationes Aſceticæ cum Paradifo. *In codice Regio 1060.*

Instructio vitæ Monasticæ cum Horologio Monastico. *In codice Naudæano 77.*

Monachorum quorundam extra ciuitatem Acoumiorum quaestiones, & ad eas responsa Synodi, sub Nicolao Patriarchâ, & Alexio Comneno. *In codice Regio 912.*

THEODORI Prodromi expositio Canonum in Domini nostri Iesu Christi Festa, auctoribus Cosma & Ioanne Damasceno, cum Nicephori Blemmydæ Canone & Iambis in sanctum Gregorium Theologum, & Nicetæ expositione Tetrastichorum eiusdem Nazianzeni aliisque *in codice mss. N. & in O.* Enarratio Sacrorum Carminum seu Tropariorum Andrea Archiepiscopi Cretæ ad Riginum.

Liber precum per anni decursum. *In cod. mss. 91.*

Formula variarum precum, Symbolum, Hymni, Troparia, &c. *In codd. Regis 928. 944. ac plurimis aliis: dies enim me deficiet, si persequi velim minutatim, quæ in ditissimo penu Bibliothecæ Regiæ continentur, Adespota opuscula.*





NOVÆ
 BIBLIOTHECÆ
 MSS. GRÆCORVM,
 SIVE SPECIMINIS
 ANTIQVAVM LECTIOMVM
 GRÆCARVM
 TERTIA PARS.

Epistolica & Diplomatica.



ALPHABETI Ordinem hic seruabimus, neque, vt in Latinis
 Lectionibus Antiquis præstitimus, Epistolas ac Diplomata
 decem in sectiones seu capita diuidemus.

ADELGERI Episcopi ad Honsudam reclusam epi-
 stola. *In codice Regio 2187. in quo Paphnutij vita, & alia.*
 ÆSCHINIS, & diuersorum epistolæ. *In codice Regio 1327. Vide*
pag. 36. & seqq. editionis Geneuensis Græcarum Epistolarum.

ALEXII Gallipolitani Episcopi epistola consolatoria ad Geor-
 gium Cardinalem Vlixiponensem. *In codice Regio 912.*

ANDRONICI Callisti ad Georgium Palæologum. *In codice*
Regio 955.

ANTIOCHI Patriarchæ epistola ad Episcopum Gradensem,
 siue Aquileiensem; inauditum esse nomen Patriarchæ Aquileien-
 sis; & de Azymis. *In codice Regio 912.*

AN-

ANTONII Patr. CP. epistola ad Dorotheum Monachum. *In codice Regio 1760.*

APOLLONII Thyanei epistola. *In codice Regio 2279.* Editæ sunt cum epistolis diuersorum Græcorum pag. 120.

ARSENII Monembasiæ Episcopi ad Rodulfum Cardinalem epistola. *In codice Regio 1884.*

ARSENII Studitæ ad Gregorium Palamam epistola. *In codice Regio 1408.*

ARTAXERXIS Epistola. *In codice Regio 1327. Videndus et 1500.*

BARSANUPHII & Ioannis eius discipuli Responsiones & Didascalix ad quæsitæ variorum per litteras, siue Epistolarum Asceticarum libri sex. *In codice Regio 1610.*

BESSARIONIS Cardinalis epistola tres: vnâ ad Andronicum Callistum Philosophum, altera ad Michaëlem Apostolium, tertia ad Plethonem cum eiusdem Plethonis responsione. *In codd. mss. N. 29. & R. 24.*

Eiusdem Cardinalis & Patriarchæ CP. epistola *in codd. Regiis 1500. & 1530.*

CONSTANTINI Lascaris epistola. *In cod. mss. 29.*

DEMETRII Cydonæ duæ epistolæ ad Philotheum Patriarcham: *In codice Regio 1334.* Aliæ quoque visuntur & longè plures eius epistolæ, *in 1759.* in quo & alia eiusdem Scriptoris opuscula.

DEMETRII Epistola. *In codice Regio 1327.*

DIACLIS Epistola ad Antigonum Regem, vnde morbi oriuntur, & quæ remedia adhibenda. *In codice Regio 1047.*

DIONYSII Sophistæ Epistola. *In codice Regio 2257.* Editas arbitrator cum diuersorum Græcorum epistolis à pag. 448.

DOMINICI Venetiarum Patriarchæ Epistola ad Patriarcham Antiochenum, & PETRI Patr. Ant. ad Dominicum responsio de dignitate Patriarchatus eiusdem, quo tempore Argyrus Italicus negotia Græcorum detexit. *In codd. Regiis 1004. & 1605.*

GENNADII Scholarij P. CP. Epistola ad Maximum Monachum, qui & Stephanus seu potius Sophianus, & ad omnes Hieromonachos & Monachos, qui in monte Sina. *In codice Regio 1819.*

Eiusdem Epistolæ ad Metropolitanam Ephesi & alios. *In codd. Regiis 1686. & 1765.*

GEORGIJ Amuruthæ ad Bessarionem Cardinalem. *In codice Regio 295.* in quo etiam Georgij Gemisti Plethonis epistola aduersus eundem Bessarionem.

GEORGIJ Gemisti Plethonis epistola, *in Fasciculo 26. Bibl. Regiæ.*

GEORGII Lecapeni epistola. *In codice Regio 1884.* Eiusdem & Andronici Zaridæ epistola, *in alio mss. s. 87.* cum Scholiis, in quo Libanij epistola à 4. ad 262. & Prouerbia Georgij Cyprij Patr.

GEORGII Monachi epistola ad Arsenium & ad Paulum Asanen. *In codice Regio 1408.*

GEORGII Trapezuntij ad Anonymum & Anonymi ad eundem epistola. *In codice mss. 29.*

GREGORII Papæ ad Isaurum Leonem Imperatorem, & ad Germanum CP. Episcopum epistola. *In codd. Regiis. 143. 276. 1026.*

GREGORII Cyprij P. CP. ad Andronicum Palæologum epistola, & plures ad alios, *in codd. Regiis 572. 608. 1334. 2180.*

GREGORII Thessalonicensis epistola ad Annam Palæologam Imperatricem, ad Ioannem Gabram, ad Danielelem Metropolitanam Æni, & Acindynum. *In codice Regio 1408.* in quo & alia eiusdem opuscula.

HIEROCLIS epistola ad Titum de signis & notis equorum *In codice Regio 195.*

IAMBlicHI responsio Abamonis nomine ad Epistolam Porphyrij. *In codice Naudæano 14.* Hac verò conuenit cum editione Latina, verborum ac sententiarum ordine mutato.

INCERTI Monachi epistola ad Philoponum Monachum genere Charmanitam. *In codice Regio 623* in quo ITALICI epistola ad Prodromum Philosophum, & Prodromi responsio ad Italicum. *In codice 1067.* Incerti epistola duæ.

INCERTI quoque alterius epistolæ ad Euthymium Patriarcham, ad Cabasilam, ad Chrysoloram, ad Cydonem, & complures alios, cum epistolari libello ad Cabasilam, & tribus epistolis ad Alexium Iagoub, ad Andream Azanem, & ad Demetrium Cydonem. *In codice Regio 791.*

IOANNIS Papæ ad Photium P. CP. epistola. *In codd. Regiis 56. & 1387.*

IOANNIS Camateri P. CP. epistola. *In codice Regio 1629.*

IOANNIS Metropolitanæ Ruffiæ epistola ad Clementem Papam. *In codice Regio 1652.*

IOANNIS Tzerzæ Epistolę CVII. *In codicibus Regiis 902. 1350. & alio mss. C.*

IOANNIS ZONARÆ Drungarij Biglę siue Excubiarum ac Monachi, epistolę dogmaticę numero 46. aut 47. *in codice Regio 1109. & alio mss. E.*

LAZARI Metropolitanę Larissę Epistola. *In codice Regio 56.*

LEONIS Archiepiscopi Bulgarię & Protosyncelli, ad quen-

dam Episcopum epistola tres de Azymis, & Sabbatis. *in codice Regio 1996.*

LIBANI Epistola dcccxcvi. *in codice Regio 1707.* Videndi quoque sunt & alij codices, praesertim 265. 608. 632. 1741. 1897. 2016. 2253. *In quodam mss. 87. continentur à 4. ad 261.*

LYSIDIS Pythagorei epistola ad Hipparchum. *in codice Regio 487.*

MAXIMI Epistola ad Marinum Cypri Presbyterum. *in codice Regio 56.*

MAXIMI Monachi in orationem Dominicam epistola quinque. *in codice Regio 1621. in quo Maximi Abbatis centuria vndecim, &c.*

MICHAELIS Cerularij P. CP ad Petrum Patriarcham Antiochenum. *in codice Regio 1605.*

MICHAELIS Monachi epistola ad Archiepiscopum Tyri. *in codice Regio 1662.*

NATHANAELIS Chumni epistola clxxii. *in codice Regio 1751. in quo & alia eius opuscula, de quibus nonnihil diximus paullo ante pagina 89.*

NAVCRAII epistola ad tres fideles in persecutione. *in codice Regio 274.*

NICETA Scutariotæ epistola. *in codice Regio 594.*

NICOLAI V. Papæ Epistola ad Constantinum Palæologum Imp. CP. Græcè reddita à Theodoro Gaza, quæ in mss. pluribus videtur, ab Arcudio Romæ vulgata est.

NICOLAI Hydruntij, seu Nectarij, epistola ad Sacerdotes Orientis. *in codice Regio 2198.*

NICOLAI Pepagomeni ad Gregorium Thessalonicensem, *in Regio 1379. & ad Gregorium Palamam in 1408.*

NICOLAI Scelengia rescriptum ad Esaiam. *in codice Regio 1818.*

NICOLAI Secundini ad Andronicum Callistum Philosophum epistola. *in mss. N. & R. 24.*

S. NILI Archiepiscopi CP. multa habentur epistolæ *in codd. mss.* quas audio typis parari ab erudito Interprete.

NILI Episcopi epistola capitulis lxxx. *in codice Regio 1788.*

NILI Thessalonicensis ad Nicolaum Cabasilam eiusdemque NICOLAI epistola. *in codice Regio 1759.*

OLYMPIODORI Philosophi ad Petasium Regem Armenia: *in codice Regio 618. in quo Chymici Authores quamplurimi.*

Fragmentum Epistolæ missæ ad Theophilum, à PATRIARCHIS Alexandrino, Antiocheno & Hierosolymitano. *In cod. Regio 1761.*

PETOSIRIS epistolæ ad Regem Necephso de mense bono & malo, de decubitu, &c. *Ex codd. Naudæanis 17. & 65. & Regio 145.* Eiusdem Petosiris & Mercurij Trismegisti canonia *in Regio 41.* cum epitome ex Pancharij scriptis de decubitu ægrotantium, &c.

PETRI Antiocheni epistola Episcopo Βεηδέσις Επιλογέσις. *In codice Regio 1652.*

PHOTII Patriarchæ CP. epistolæ plures viginti habentur *in codice Regio 1088.* in quo Antonini Imp. epistola ad Euxianum Pamplionem, Alciphronis Rhetoris epistolæ, &c. An differant à Montacutianis nuper vulgatis expendemus per otium. Accepi *in mss. codice* reperiri eiusdem Epistolæ 47. quarum prima ad Tarasium fratrem, cum Homiliis & Compendio Historiæ Philostorgij.

SIMEONIS Euchaitarum Metropolitæ epistola ad Ioannem Monachum. *In codice Regio 2281.*

THEODORA Imperatricis epistola ad Belisarium. *In codice Regio 956.*

THEODORI ad Demetrium epistolæ, & collectio epistolarum Theodori, quæ ad cultum Imaginum pertinent. *In codd. Regiis 295. & 709.* In Bibliotheca Sfortianâ fuisse perhibentur Theodori Archiepiscopi Casariensis epistolæ quinque, Simonis Magistri novem, & Nicolai CP. septem.

THEODORI Studitæ Epistolæ, *Ex codd. Regiis 709. aliisque excerptæ à R. P. Iacobo Sirmondo & Latine reddita* fermè omnes. Verùm fortè satius fuerit vnâ cum aliis Auctoris illius sanctissimi operibus hinc inde collectis, vnum in corpus seorsim compingere.

THEOPHANIS Medææ Metropolitæ epistolæ octo. *In codice Regio 2282.*

THEOPHYLACTI Bulgarorum Archiepiscopi epistolæ. Comparabimus Græcam editionem Lugduno-Batauam Ioan. Meursij cum *mss. codice 4.* atque interpretationem addemus à R. P. Iacobo Sirmondo iam olim concinnatam, cum Romæ versaretur, in gratiam Eminentissimi Cardinalis Baronij, Sacrorum Ecclesiæ Annalium Scriptoris accuratissimi.

THOMÆ Patriarchæ Hierosolymitani epistolæ de rectâ fide ad hæreticos Armenos. *In codice Sfortianæ Bibliothecæ* latuisse *ex mss. Indicibus* didici, neque in Parisiensium Bibliothecarum Catalogis hæctenus deprehendi.



NOVÆ
 BIBLIOTHECÆ
 MSS. GRÆCORVM,
 SIVE SPECIMINIS
 ANTIQVAVM LECTIOMVM
 GRÆCARVM
 QVARTA PARS.
 TECHNICA ET PHILOGICA.
 SECTIO PRIMA.

Quæ ad Grammaticam artem pertinent.



AMMONII de acyrologia. *Ex codice mss. R. 24. in quo & eiusdem Auctoris libellus de similibus & dissimilibus seu differentibus vocibus, qui etiam habetur in codice Regiæ Bibliothecæ 1500, & Lexicis siue Dictionariis Græcis adiungi solet.*

ANASTASII Sinaitæ Etymologicum. *In fasciculo 29. Bibliothecæ Regiæ.*

APOLLONII Dyscoli Alexandrini Grammatici syntaxis, & alia opuscula Grammatica. *In codd. Regiis 906. 925. 1626. & fasciculo 29. Ex iis, si quid lucis editioni Græco-Latinæ Francofordiensi anno 1590, in 4. cum excerptis è Chrestomathia Procli publi-*

Ee

catæ accedere queat, non grauatè subministrabimus.

ARCADII Grammatica libris XIX. *In codice Regio 450.*

ARISTARCHI Grammatici Canonum Thesaurus. *In codice Regia Bibliotheca.*

CHRISTODVLI de syntaxi per ordinem Alphabeti. *In codice Regio 1538.*

CONSTANTINI Lascaris Grammatica *in codice Regio 1127. In 1538.*

Constantini Lascaris Byzantini de syntaxi. *In mss. R. Constantini Byzantij de Barytonis & Circumflexis.*

ERANII Philonis de differentiis vocabulorum per Alphabetum. *In codice Regio 901.*

EVSEBII, STEPHANI, & CYRILLI Lexica, & alia, *in mss. M. de quibus aliàs enucleatius, fusiùsque.*

GEORGII Chærobofci Doctoris Oecumenici Orthographia. *In codice Regio 871. Eiusdem de dialectis, &c. 593. explicationes vocabulorum Psalterij 1134. regula Grammatica & similia 1657. 1916. & fasciculo 29. Scripsit etiam librum de Tropis, siue figuris Rhetoricis, & alia pleraque, quæ qui scire voluerit & contumeliosi in speciem cognominis rationem addiscere, consulat eximiam V. C. Leonis Allatij Diatribam de Georgiis & eorum scriptis post Georgij Acropolitæ Historiam, Ioëlis Chronographiam compendiarium, & Ioannis Canani narrationem de bello CP. Luparensis Regiis typis ab hinc aliquot menses vulgatam.*

GEORGII LECAPENI Grammatica. *In codice Regio 1845. in quo præter cætera de Figuris Homericis, & Canonismata in Homerum. Videndum an idem sit opus cum libro de Constructione verborum Græcè edito Venetiis 1526. & Florentiæ eodem anno apud Hæredes Philippi Iunctæ. V. Georgios Leonis Allatij.*

GEORGII siue Gregorij Metropolitæ Corinthi cognomento Pardi, de dialectis. *In codice mss. 29. de figuris Poëticis, de Syntaxi, in Hermogenem, &c.*

GEORGII Cyprij Patriarchæ quem GREGORIVM quidam vocitant, Proverbia. *In codice Regio III. & in alio mss. 87. In 2088. Regio, eiusdem paræmiæ ordine Alphabetico. In 2180. habentur eiusdem Responsiones ad varias quæstiones, &c. Proverbia illa à Gregorio Cyprio in vnum collecta & ordine Alphabetico digesta, Græcè cum Paræmiis Michaëlis Apostolij à Petro Pantino Latinè versis 1619. Lugduni Batauorum prodierunt, eiusdem quoque sententiæ seorsim excusa fuerunt in 8. Colonia anno 1536.*

HERODIANI de solæcismo, de encliticis, de improprietate

fermonis, de nominibus varij generis, de notis numeralibus, &c. *Ex codd. Regis* 901. 1285. 1596. 1727. 2088. 2210.

Dictiones ex Homeri Odyssea & Heliodo selectae. *In mss. O.* in quo de vocibus auium, Pselli versus Politici de interpretatione qq. dictionum, & Glossae seu documenta de differentiis nonnullarum vocum.

IOANNIS Glycei Patriarchae de syntaxi, & alia Grammatica. *Ex codd. Regis* 1720. 1911. 2088.

IOANNIS Grammatici Characis de Encliticis. *In codd. Regis* 1596. & 1656.

IOANNIS Leuitae de spiritibus. *In codice Regio* 901.

LESBONACTIS de figuris, spiritibus, & dictionibus. *In codd. Regis* 901. & 1536.

MANVELIS Calecae Grammatica. *In codice Regio* 1992.

MANVELIS Moschopuli Grammatica. *In variis codicibus Regis aliisque.* Item de affectionibus dictionum, de syntaxi, Dictionarium, Schedica, Orthographia, Collectiones Vocabulorum Articularum, obseruationes ad partes orationis, &c.

MAXIMI Planudae Grammatica, Orthographia, syntaxis ex Harmenopulo & Christodulo, dialogus cui titulus Neophron & Palatinus, *in codd. Regis* 1642. 1645. 1911. & 1538.

MICHAELIS Soliardi Grammatica. *Ex fasciculo* 29. *Regiae Bibliothecae.*

MICHAELIS Syncelli de syntaxi & metris. *Ex codice Regio* 1644. in quo & Theodori Prodromi quaestiones Grammaticae & Georgij Trapezuntij, & Theodori Gaza Grammaticae, Maximi Planudis de Orthographia, Moschopuli de Profodia, &c. & 1657. in quo & quamplura alia ad Grammaticam spectantia. *In mss. G.* Michaelis Syngeli doctrina de Syntaxi & partibus orationis, de Dialectis, quantitate syllabarum, & aliis Grammaticae partibus.

MOENIDIS Sophistae de Atticismis & Hellenismis. *In codice Regio* 2216.

NICEPHORI Gregorae de instabilitate Regularum. *In codice Regio* 901.

NICETAE Metropolitae Heracleensis libellus Grammaticus. *Ex codice mss. E.*

NICOLAI Rabdae Grammatica. *In codice Regio* 1285. qui & similia plura complectitur.

NIPHONIS Monachi de octo Partibus orationis. *In codice Regio* 1657.

THEODORETI de litteris. *In codice Regio* 901. & de spiritibus

in codice mss. 29. in quo & Magister de Atticis, Phurnutus, Mufaus, &c.

THEODORI Prodromi Grammatica *in codice mss.*

THEODOSII Erotemata Grammatices *in cod. mss. 51. in quo sunt vitæ Sophoclis, Theocriti & Oppiani. Eiusdem alteriusve eiusdem nominis Canones Grammatici dictante Georgio Diacono Doctore Oecumenico. in codice Regio 1513.*

THOMÆ Magistri Grammatica. *in codice Regio 1288.*

TRYPHONIS de passionibus dictionum & de Tropis, *in mss. R. in quo & Ioannis Philoponi de iis quæ varia significant, Gregorij Metropolitanæ Corinthi de Dialectis, Menses variarum gentium, Paræmia alphabetico ordine, Catonis disticha Græcè reddita à Maximo Planude, & alia plura.*

Incerti duo trésvé de Grammatica *in codice Regio 995. Incerti quæstiones Grammaticæ in 899. Grammatica necessaria ad Logographiam in 2088. in quo quemadmodum & in nonnullis aliis quamplurima reperiuntur ad Grammaticam artem discendam docendamque subsidia.*

Iis adde Schediasmata seu exercitationes Grammaticas, Proverbia ordine Alphabeti & Mensium nomina cum Methodico de verbis, & opusculo de Homonymis, aliæque *ex codd. mss. 25. 29. 52.*

Duodecim Labores Herculis cum interpretatione Schedicâ *in mss. P. & in R. in quo Phocylidis & Pythagoræ carmina, Theodori Prodromi *ἡ δὲ μὴν* & brevis enarratio ad quæsitâ Sebastocratoris, Regulæ diuersæ Grammaticæ, septem Sapientum & Clementis Papæ Romani Sententiæ, &c.*

SECTIO SECVNDA.

Quæ ad Rhetoricam & Poëticam spectant.

ASPASII in Rhetoricam Aristotelis. *in codice Regio 745. In eiusdem quoque Principis Philosophorum tres de Rhetorica libros extant in codice 101. Bibliotheca Regia, Scholia auctiora iis quæ edidit Parisiis Conradus Neobarius.*

CONCORDII seu Cocondrij de Tropis. *in codd. Regis 901. & 1536.*

CYRI de variis Statibus causarum, *in codice Regio 1241. & de differentia statuum 1376. In Indice Sfortianæ Bibliothecæ dicitur Cyrus Sophistes. Vide Rhetores Græcos ab Aldo editos.*

EVDÆ

EVDEMI Rhetoris de dictionibus Rhetoricis. in codice Regio 573.

EVMOLEPI Phile expositio in quatuor orationes sancti Gregorij Nazianzeni latet alicubi in membranis cum Orionis Grammatici libro *ἄφι ἰτυμολογίας*, de quo Suidas & Auctor Etymologici sapiusculè.

GEORGI Gemisti Plethonis Monodia. In mss. R.

GEORGI Moni seu Monachi Scholia in librum de diuisione Rhetorica capitibus LIII. in codice Regio 1784.

GEORGI Dicæophylacis & Protecdici Pachymera declamationes. In codice 963. Regia Christianissimi Francorum Regis Bibliothecæ nempe, in Progymnasmata & status causarum exercitamenta: Fabula, Narratio de Vlyssè & de Zona torrida: Chria quæ tantum sententia constat: Sententia Demosthenis, opus esse pecuniis & sine his nihil quod opus factu sit fieri posse, *δὲ δὴ χρημάτων ἔ, αἴτιο τῶτων οὐδέν ἔστι χυεῖσθαι τῶν δειόντων*: destructio, narrationem de rosa nullo modo verisimilem esse: Assertio, narrationem illam verisimilem esse: Locus communis contra Maledicum: Laudatio Aiacis Telamonij: Vituperatio Paridis Alexandri: Comparatio oliuæ & vitis: Ethopœia, quæ dixerit auarus cum cogeretur eos in conuiuio vocare, qui eundem prius conuiuio exceperant: Descriptio Augusteonis: Thesis seu propositum, an nauigandum: Accusatio legis præcipientis, naufragium passos & appellentes in aliquem locum, ab iis, qui inibi sunt, spoliandos esse: Oppositum de eadem lege & compositione: Ictu fulminis in Periclis domo mille armaturæ iuuentæ sunt, & in iudicium vocatur de tentata tyrannide: Declamat reus, qui vt exercituum Dux sermonem concipit, & vt orator contentionem init: Status est coniecturalis: Philosophus suasit Tyranno tyrannidem deponere & præmium postulat Tyrannidarum: denegatur illi ab aliquibus: Declamat Philosophus: Pictor naufragij depictas à se tabulas in portibus depinxerat, cum nauæ non appellerent, publicorum criminum reus fit: Dux exercitus concrematis nauibus tum inutilibus & hostibus postmodum debellatis publicorum criminum fit reus, & ipse declamat: Tribus diebus ex præcepto legis de bello faciendo consulendum erat, cum Philippus Elatiam occupasset, Demosthenes hortatur eodem die exire & pugnam experiri, status negotialis: Cum in bello quispiam optimè se gessisset, præmium sibi postulauit ciuis caput, Vrbs concessit, quidem, sed cum ante impetratum præmium ab eo ciuem occisum fuisse constaret, de homicidio postulatur: Declamat accusa-

tor: Premente bello atque obsidione aduena quidam ascenso muro prima præmia meretur; Verumtamen cum lex prohiberet, ne quis aduena tempore belli murum ascenderet, de violatione legis postulatur: Lex est, abdicatus in paternis partem non habeat; & alia, qui in naui tempestate iactatâ perstitit, dominus nauis est; Abdicatus in paterna naui procellis obruta perseverauit; ab eius tamen possessione, quod paterna sit abigitur: declamat abdicatus. Lex ait, ex meritoria muliere fatus, ne ex suggestu concionetur ad populum; ex meritorio viro quidam natus à concione abigitur. Declamat qui ex meritorio natus est. Meretrix aurea si gestauerit, publica sit: deprehensam mulierem aurea gestantem ex legibus contenditur publicam esse. At qui declamat non eam publicam esse *ἡμετέρα ἐστίν*, sed aurea *ἡμετέρα ἐστίν* immutato accentu asserit. Præcomparationis siue compensationis tres alij sunt Assumptiuorum status, Reeriminationis Translationis criminis & Deprecationis: & prima questio Reeriminatio: Victor & de patria bene meritus scortantem filium interemit & in ius vocatur. Declamat de patria bene meritus. Noctu tercentum ex hostibus profugi, cum ad fores vrbs peruenissent, Ducem deprecabantur, vt illis foribus apertis pro incolunitate ingressus in urbem pateret, cum lex prohiberet noctu fores referari, Dux non aperuit: deprehensi interim à persequentibus internectione deleti sunt, & Dux publicorum criminum reus fit Declamat Accusator. Cum diutinis tormentis secreta vrbs à Duce deprehensio hostes deposcerent, vi tandem exsculpunt, ideoque ille & seruitute & tormentis liberatur, reuersus in patriam à suis publicorum criminum reus fit: declamat Dux. Quod si quis præterea Gracos horum omnium Præexercitamentorum titulos ac principia expetat, adeat Diatribam de Georgiis Leonis Alatiij, obseruetque Codicem Bibliothecæ Regiæ qui erat numero 883. cum Indicem illum ab humanissimis & bono litterarum natis Puteanis Fratribus accepit, nunc mutata codicum serie atque in meliorem formam digesta factum esse 962. vt paullo ante annotauimus.

IOANNIS Canabutæ Magistri in Dionysium Halicarnasæum, *In codice Regio 2277.*

IOSEPHI Pinaræ Racendytæ synopsis Rhetorices. *Ex codice R. mss. 84.*

MARCELLINI, SOPATRI, SYRIANI, Incerti Scholia in Rhetoricam Hermogenis. *In cod. Regis 330. 690. &c.*

MARCELLINI de genere scribendi Thueydidis. *In codice Regio 1473.*

MATTHÆI Blastara Rhetorica. *n codice Regio 604.*

MATTHÆI Camariota Byzantini qui Georgius falso inscribitur epitome Rhetoricorum Hermogenis, necnon Progymnasmatum. *In codice Regio 1129.*

MAXIMI de Antithelibus, Methodus allocutionum, Syriani in Hermogenis librum de ideis, & alia, *In codice Regio 1419.*

MAXIMI Planuda Scholia in Rhetoricam Hermogenis. *In codice Regio 150.*

MICHAELIS Apostolij Byzantij Monodia Funeralis ad Andream Calergen. *Ex mss. R.*

NICEPHORI Basilacæ Ethopæiæ, narrationes, fabula. *In codice Regio 1409.* ex quo edita sunt Romæ anno 1641. in octavo à V. C. Leone Allatio earum Interprete doctissimo inter excerpta varia Græcorum Sophistarum ac Rhetorum, Heracliti scilicet & Anonymi opuscula de incredibilibus, Libanij Sophistæ Antiocheni narrationes, descriptiones & præludia Rhetorica, Seueri Alexandrini Sophistæ Ethopæias, Theodori Cynopolitæ Ethopæias, Adriani Rhetoris Declamatiunculas, Callinici Sophistæ ex Antiquitatibus Romanis, Isaaci Porphyrogenetæ de prætermiſſis ab Homero & lineamenta tum Trojanorum tum Græcorum, qui Trojam conuenerunt, Anonymi de certaminibus Hercules, & Leonis Philosophi, PSELLI, Nicolai Metropolitæ Corcyrensis, Ioannis Geometræ, atque Emanuelis quædam carmina. Eiusdem quoque præstantissimi Viri opera anno proximè præcedenti prodierat in eadem Romæ eadem forma cum notis Philonis Byzantij opusculum de septem orbis miraculis.

NICOLAI Sophistæ Progymnasmata. *In codice Regio 1409.* Eiusdem narrationes in 2088. Nicephori Callisti, Progymnasmata Rhetorices *in codice 1625.* an eadem sint cum præcedentibus diligentius inquirendum.

NICETÆ Scutariotæ de Arte Rhetorica. *In codice Regio 1762.* in quo Rhetorica APSINIS, MENANDRI, MINVTIANI, vel vt alij volunt, NICAGORÆ, ALEXANDRI, & aliorum.

OLOBOLI Rhetorica. *In codice Regio 1662.*

PHOEBAMMONIS Sophistæ de figuris. *In codice Regio 1006.*

PROCLI Diadochi Pflatonici de Epistolico caractere. *Ex codâ. Regiis 609. 1727. 2216. fasciculo 28.*

SEVERI Sophistæ Alexandrini Ethopæiæ. *Ex codicibus Regiis 6. & 2003.* Editæ sunt à Morello in leui libello Parisiis, & à V. C. Leone Allatio cum aliis Rhetorum Excerptis, vt iam monuimus.

SOPATRI Controuerſiarum Rhetoricarum diuiſio. *In codice Regio 1376.*

TIBERII de Schematibus Demosthenis. *In codice Regio 1409.* vbi & Ruffi ars Rhetorica, incerti de ideis, de educatione iuuenum, & alia.

TROIIL Sophistæ Prolegomena in Rhetoricam Aristotelis. *In codice Regio 1008.*

Iis adde alterius Anonymi in Hermogenis Rhetoricam, *in codice nostro mss. 78.* Problemata Rhetorica & figuras ex variis *in codice Regio 773.* Declamationem in Ebrum, Panegyricum de sanitate Imperatoris, Consilium datum Theſſalonicenſibus cum obſiderentur, & alia ad Oratoriam artem ſpectantia *in codice 791.* in quo & Dialogus de nuptiis: ſed iam Poëtica ad ſe nos aduocant.

ANDREÆ & THEODOSII Grammatici de pedibus. *In codice Regio 901.*

ARTEMIDORI Grammatici de Inuentione Bucolicorum. *In codice Regio 1727.*

DEMETRII Triclinij de Metris. *Ex codice Regio 901.*

GEORGII Chæroboſci de Poëſi & Tropis Poëticiſ. *In codd. Regis 901. 1067. 1288.*

HEPHEſTIONIS & aliorum de Metris. *In codice mss. 84* ſi quid differre ab editis animaduertimus.

HOMERI Iliados Paraphraſis Græca. *In codice Regio 12.*

IOANNIS Botoniata ad Iſidorum Diaconum & Tabularium de metris Iambicis. *In codice Regio 1596.*

IOANNIS Tzetæ Allegoriæ Homericæ ad Eirenen Alamannam Imperatricem, Gratiarum actio ad Patriarcham, Lamentatio de Imperatore occiſo, & alia plura etiam carminibus ſcripta Politicis cum eiufdem Chiliadibus Historicis & Epistolis cyrii. *in codice Regio 902.*

MARCI Muſuri in Muſæum. *In codice Regio 1917.*

RHODI Nili de verſibus Anacreonticis. *In codice Regio 901. & in 1727.* Incerti de Metris Pindaricis.

THEODOSII Gram. Alex. de Proſodiis. *in codice mss. P.*

TRICHÆ Synopſis nouem Metroꝝ, *in codice Regio 2111.* in quo multa eiufdem generis.

Scholia Procli, Ioannis Galeni Diaconi, Ioannis Protospatharij, Moſchopuli, & aliorum in Heſiodum *in codd. Regis 683. 1339. 878. 1903. 1375. 1916. 2220. 2258.* Item Ioannis Diaconi Pædiaſimi in Scutum, & Ioannis Diaconi Galeni Allegoriæ in Heſiodum &

& Homerum ex codice mss. 50.

In labores Herculis Scholia ex codice mss. 86.

Scholia plurima habentur in Orationes & Carmina S. Gregorij Nazianzeni tum in codicibus Regiis, tum in aliis qui latent in Parisiensibus Bibliothecis. In Tetrasticha eius vidi Scholia incerti in codice mss. 52. in quo Nicephori Blemmidæ encomium in eundem S. Doctorem & expositio in versus illius. in Regio 1617. extant eiusdem sacri Poëtæ epigrammata cum Scholiis Nicephori Paphlagonis.

Necomittenda Scholia variorum in Aristophanis Plutum, Nubulas, &c. Euripidis Hecubam & Orestem, &c. In Pindarum, in Æschylum, in Theocriti Eclogas, in Oppianum, antiqua in Hesiodum cum Procli Scholiorum in eundem Epitome, &c. ex mss. codd. 22. 45. 50. &c.

Porro de Metris tam Poëticis quàm Rhetoricis, multa Anonymorum opuscula colligi poterunt, ex codd. Regiis 645. 1129. 1352. 1285. 1419. 1594. 1657. 1727. 1912. 2111. &c.

IOANNIS Diaconi Galeni Scholia in Oppianum de piscibus. Eiusdem Allegoria anagogica in quadam ex Homero, de Tantalò, Sphinge, Vulcano, Saturno, &c. in mss. P.

De versibus collectio ex multis incipiens ab ipsis 24. elementis cum Anonymi de Poëtices elementis, de syllaba communi, Hephæstionis enchiridio, Herodiani & duorum Innominatorum de Dialectis, necnon Ioannis Tzetæ de omni versuum generæ versibus Politicis, &c. in mss. R. 84.

SECTIO TERTIA.

Quæ ad Philosophiam spectant.

O Misimus hic plerosque Aristotelis Platonisque Græcos scholiastas & Paraphrastas, quod de iis editis iuxta, atque hætenus ineditis, peculiarem Diatribam, seu syntagma Philologicum, Deo dante, prope diem edituri sumus.

ADAMANTII Sophistæ liber de ventis. Extat in codice Regio 113. Eiusdem verò Physiognomicorum libri duo qui sunt mss. in codice Regio 484. & in Naudeano 83. Græcè editi sunt Romæ 1545. in 4. Græco-Latinè verò Basileæ apud Robertum Vvinter 1544. in 8, interprete Iano Cornario. In mss. 0. reperiuntur Polemonis & Adamantij Sophistæ Physiognomica.

ALBINI Platonici introductio in dialogos Platonis. In codice

Regio 1392. Isagogicus dogmatum Platonis dicitur extare in Romani Pontificis Bibl. Vaticana, & de ordine librorum Platonis in Veneta ad S. Antonium.

ALCINOI de Dogmatibus Platonis, siue de Doctrinâ Platonica, & in Philosophiam Platonis. *In codd. RR. 403. 1044. 1400. & 1990.* Græco-Latinè editus fuit Lutetia apud Michaëlem Vascofanum 1532. in 8. ex interpretatione Marcilij Ficini, qui in 34. capita paruitus est. Ex quibus desunt in Græco textu excuso 26. 27. & 28. qua quantum arbitror, restaurari poterunt.

ANDRONICI Callisti Peripatetici de Physica scientia & Fortuna. *In codice Regio 1769.* Eiusdem diuisio Physicæ in *msf. N.*

Eiusdem siue alterius Andronici quem Rhodium quidam esse autumant, de Passionibus seu affectionibus animæ. *In codice R. 2007. & in CL. 70.*

ANONYMI ἄξιον ἐπισημῶν hoc initio: Ὅτι τῶν ψυχῶν δυνάμεις αἱ μὲν εἰσὶν ἄλογαι, αἱ δὲ λογικαί. τῶν δὲ λογικῶν, &c. *Ex codice mss. B. & in M.* Anonymi inquisitio, in quo ἡ ἡγεμονικὴν νομισέον.

ASCLEPII Scholia in sex libros Metaphysicorum Aristotelis dictante Ammonio Hermia. *Ex codice mss. M. ex arato Venetiis ab Antonio Eparcho annos nato vnde octoginta.*

CHRISTOPHORI Contoleantis de immortalitate animæ. *Ex codice mss.*

CLEOMEDIS libri duo ἐπιμνηστικῶν, extant in pluribus *codd. Regiis*, sed Scholia dumtaxat in 145. & 123. Excusi sunt libri illi duo de circulari inspectione κυκλικῆς θεωρίας Græco-Latinè Basileæ per Henricum Petrum 1548. Eiusdem Sphærica habentur in *codice 190. Regia Bibliotheca.*

DAMASCII Philosophi, cuius meminit Suidas, Quaestiones de primis principiis, seu dubitationum & solutionum de primis principiis libri duo. *Ex codice Regio 536. Naudæanis 18. & 19. & mss. H.*

De eiusdem Parabolis in librum I. Aristotelis de Cælo diximus suo loco: necnon de libris tribus Dubitationum & solutionum DEXIPPI Philosophi Platonici in Categorias Aristotelis.

DAMNATI Philosophi de generatione hominis. *Ex mss. M. in O.* verò cum Synesij variis operibus habentur Democriti Physica & Mystica.

GEORGI Gemisti Plethonis adversus Georgij Scholarij Defensiones pro Aristotele. *In codice Regio 1281. & Naudæano 43.*

Eiusdem quâ in re dissident inter se Aristoteles & Plato. *In codd. Regiis 1607. & 1281.* Libellus de iis in quibus Aristoteli cum

Platone non conuenit, & quòd potior sit Platonis sententia, excusus fuit Venitiis apud Scotum cum Bernardini Donati Veronensis paraphrasi, &c.

Eiusdem elegans ac breuis quatuor virtutum explicatio, Adolpho Oecone Physico Augustano interprete, excusa fuit Basileæ apud Ioannem Oporinum anno 1552. Extat mss. in codd. Regiis 506. III. 1769. 2016. & in codice sexto tractatus de Fato.

GEORGII Pachymera Hieromnemonis, qui etiam dictus reperitur Diaconus C. P. Protedicus & Dicaophylax, Philosophica synopsis, seu Epitome, aut Paraphrasis doctrinae Aristotelicae libris duodecim. In codd. Regiis 33. 1198. 1199. Extant libri illi XII à Philippo Bechio Latine redditi & excusi Latine tantum Basileæ 1560. in folio. Graeci codices Regij conferentur cum altero codice mss. B.

GEORGII Scholarij Prolegomena in Logicam cum eiusdem expositionibus in V. Voces, in Categorias & de Interpretatione. In codice Regio 316. sed de eo aliisque accuratiùs prolixiusque verba fecimus in nostro de Aristotelis Interpretibus syntagmate Philologico.

GEORGII Monachi ad studiosos sapientiae, ne Philosophiae difficultate deterreantur, Epitome Philosophiae. In codice Regio 2159.

GREGORII Nazianzeni synopsis organi Aristotelis. In codice Regio 966.

HERMIAE Philosophi in Phædrum Platonis libri tres. Ex codice mss. C. Initium est. Ο Σωκράτης ἐπὶ ἀρετῆς καὶ ἀδράστου ἦους, &c.

IOANNIS Argyropyli solutiones quaestionum, quas proposuerant Philosophi, & Medici quidam ex Cypro insula. In codice Regio 1929.

S. IOANNIS Damasceni Philosophica & Theologica, siue Dogmatica, & elementa Philosophiae. In Regiis codd. 612. 696. 1193. 1474. 1521. 1624. 1667. 1899. 2016. in Claromontanis duobus, in Naudæano 25.

IOANNIS Itali Expositiones in diuersas quaestiones Logicas. In codice Naudæano 16. In mss. O. eiusdem in libros duos de Interpretatione succincta explicatio & de figuris Syllogismorum, ac de eo quod est in nostra potestate secundum Aristotelem.

IOANNIS Alexandrini Philosophi, seu Grammatici, cognomento PHILOPONTI, aduersus Proclum, & Philosophica quaedam, praeter ea quae in Aristotelem scripsit, habeatur in codd. Regiis 1334. 2254.

IOSEPHI seu Ioasaphi Monachi, qui & Ioannes Cantacuzene-

nus Imperator, Paraphrasis Ethicorum Aristotelis Stagiritæ ad Nicomachum. *Ex mss. H.*

MICHAELIS PSELLI, præter ea, quæ in Aristotelem & Platonem scripsit, extant mss. *In codd. Regiis*, de anima & de Hypostasi 196. Responsa ad quæstiones varias ad Michaëlem Ducam *in 646. 1097. 1728. In mss. S.* sunt expositiones qq. cxxiii. cum Hierocle in carm. Pythagoræ. Epitome quæstionum Physicarum & capitula clxci. quæstionum diuersarum *in 1097.* in Platonis Psychogoniam & diagramma Lyra Pythagoricæ 1568. atque vt cætera omittam. *In Naudæanis 82 & 86.* sunt Oggia, id est sacrificia, & oracula Chaldaïca. De iisdem *in Regio 796. & fasciculo 26.* Solutiones Physicæ ad Michaëlem Ducam *in mss. 46.* Eiusdem de termino vitæ *in Regio 1772.* Eiusdem quod rotunda sit terra *in mss. M.* in quo Expositio fidei, Colloquium animæ & corporis, Æsopi fabulæ 138. Philostrati varia, &c.

NEOPHYTI Monachi Logicæ Aristotelicæ diuisio per capita & collectio definitionum entium ex Aristotele, & aliis. *In codice Regio 547.*

NICEPHORI Blemmidæ Μοναχοῦ ἐκ Πρεσβυτέρων ἢ Κητόρων Logica, de Sophistarum reprehensione, Physica, de cælo, de vacuo, &c. Isagoge ex libro secundo de Cælo, & quod mundus non sit ab æterno, & pleraque alia Philosophica habentur *in codd. Regiis 491. 919. 950. 1335. 1670. 2014. 2079. 2119. 2245. & in Naudæano 72. in Claromontanis* aliisque Introductoriæ Epitomes in Logicam & Physicam Aristotelis libri duo, &c. Est eiusdem quoque Parænesis ad Imperatorem Lascarium Ducam ἐπιτοὴν δὲ ἡμῶν ἢ βασιλέα.

NICOLAI Cabasilæ de Syllogismis. *In codice Regio 1039.*

OCELLI Lucani de natura vniuersi. Extat mss. *in codd. Regiis 547. 1018. 2240.* Editus est Louanij 1554. interpretete Ioanne Boscio Zonæo, & Græcè ac Latine è regione in 8. 1596. in Bibliopoli Commelini.

OLYMPIODORI Philosophi Alexandrini, in Aristotelem & Platonis Phædonem, Philebum, &c. Commentaria suo recentur loco.

PHOTII in Categorias Aristotelis. *In codice Regio 547.*

PORPHYRII de virtutibus. *In codice mss. 70.* cum Andronici Peripatetici de affectionibus animæ, Boëthij de Arte Dialectica Græcè, & Nicephori Blemmidæ operibus Philosophicis.

Eiusdem Philosophiæ Prolegomena, & alia in organum Aristotelis habes *in codd. Regiis 715. 1284. 1400. 1640.*

Eiusdem vita Plotini & series librorum eius. *In codice R. 1568.*

PRO-

PROCLI Diadochi Lycij Platonici Philosophi, & in Schola Atheniensi Syriani successoris, plura habentur opera mss. *In codd. Regiis, aliisque.*

In Theologiam Platonis libri sex in 813. 2240. & fasciculo 24. Evoluendus etiam fasciculus 16.

Institutio Theologica capitulis cccix. *Ἐπιτύπωμα θεολογικῆς σοιχειώσεως* in 540. 815. 1631. 1889.

Institutio Physica in 1851. 2240. in 1728. sunt etiam eiusdem Procli Theoremata.

In fascic. 24. continentur Anonymi contradictiones in Procli Theologia.

In alio mss. F. habentur eiusdem in Parmenidem Platonis libri septem, & selecta ex eius Scholiis in Cratylum Platonis.

SIMEONIS Sethi seu Vestij Physicorum Synopsis. *In codice Regio 1231. In mss. O. dicitur Simeonis Bestæ Oseth Florilegium Philosophicarum naturalium quaestionum.*

SIMEONIS nescio cuius Monachi & Anonymi de Terræ motibus in codice Naudæano 17.

SOPHONIÆ Monachi in Aristotelis Categorias de Homonymis, Synonymis, Paronymis, Heronymis, Polyonymis, &c. *Ex duobus codd. mss. E. & N.*

STEPHANI Syncelli & Metropolitæ Nicomediensis de tribus animæ partibus. *In codice Regio 2226.*

SYRIANI Philoxeni in libros II. XII. & XIII. Metaphysicorum Aristotelis in codice mss. F. & in codice Naudæano primo, cui subiungitur brevis dissertatio de Providentia, quæ incipit, τῶν εὐσιῶν καὶ ἀειπέτελων. Desinit verò in hæc verba, τὸ εἰαυτῶν ἀποτόνισμα.

THEODORI Gazæ in illud, omnia à natura fieri. *In codice Regio 56. cum Prolegomenis Rhetoricæ.*

THEODORI LASCARIS Physica. *In codice Regio 9568. In fasciculo 30. varia eius habentur opuscula.*

THEODORI Metochitæ Magni Logothetæ in Aristotelem commentarij suo loco recensentur *ex codd. Regiis 846. & 1414.*

THEODORI Prodromi de paucis & multo, magno & parvo, quòd non sint relatiua, sed quanta & contraria. *Ex mss. F. collato cum codice Regio 547. Eiusdem inuectiuam in illud Poëtæ Hemistichium, Ἡ πρὶν σφίλω ἐλάχην. Pauperies sophiam nacta est, ex codice mss. 1251. eiusdem Bibliothecæ Regiæ edidit cum Latina interpretatione anno 1608. Federicus Morellus.*

THEONIS Smyrnæi, vtilem esse Mathematicarum disciplinarum cognitionem ad Platonis lectionem. *In codice Regio 1281. In*

Naudæano 21. & Regiis 102. 807. & 2191. De his quæ ad Mathematica Platonis pertinent.

THEOPHILI collectio de mundi Principiis & SYRI cuiusdam de pluviis. *In codd. Regiis 42. 145. & Naudæano 17.*

Anonymi Synopsis de Physico Auditu libris quatuor. *In codice Naudæano tertio, & in 52. Scholia Incerti in varios dialogos Platonis,*

Quomodo dicatur Hominum vitam longissimam esse annorum **LXX.** quum diutius viuant plerique. *In codice Regio 2016. in quo & Tractatus, qualem oportet esse legatum.*

Platonica quædam Philosophemata de anima aliisque rebus. *in codice Naudæano 5.*

Septem quæstiones **i.** de numero Musarum. **ii.** cur post conuiuium confabulationes iucundæ sint. **iii.** cur minimè credimus Autumnalibus somniis. **iv.** cur ex metu quidam mortui. **v.** cur senes tremuli. **vi.** cur ij qui tristitiâ aut dolore afficiuntur spallent. **vii.** cur ex subitâ lætitiâ quidam subitò moriuntur. *Ex codice Regio 1779.*

SECTIO QVARTA.

Quæ ad Mathematicas disciplinas pertinent.

AENEÆ Poliorcetica & Tactica. *In codd. Regiis 220. 652.*

ALYPIL, BACCHII, & GAUDENTII Ifagoge Musica, *in codice R. 461.*

ANTHEMI de Machinis extraordinariis. *In codice Naudæano 7. in quo posteriores quinque libri Collectionum Mathematicarum Pappi Alexandrini. Vidi & in alio codice mss. opus Anonymi de Machinis Bellicis.*

APOLLODORI Poliorcetica. *In codd. Regiis 407. 677. & Naudæano 4. in quo & alia opuscula Athenæi, Bitonis, Heronis, cum figuris graphicè delineatis & coloribus depictis. Eiusdem Auctoris Mechanica dicuntur extare in Bibliothecâ Vaticanâ.*

ARISTARCHI prædictiones Mathematicæ de Planetis, de distantia Solis & Lunnæ, recensentur in sequenti Indice, qui Astronomica cum Geographicis subministrabit.

ARISTIDIS Quintiliani de Musica libri tres. *In codicibus Regiis 218. 398. 461. 1632. aliisque pluribus.*

ARISTOTELIS quæ ad Musicam spectant, & in librum Aristotelis de Musica Aben Rallad, *in codice Regio 2270.*

ARISTOXENI Harmonicorum libri tres, in codd. Regius 461. 689. & in mss. 33. in quo post Aristotelis Problemata, quæ ad Musicam spectant, habentur Euclidis, Aristoxeni, Nicomachi Geraseni, Manuelis Bryennij harmonica. Editi sunt tres illi libri Lugduni Batauorum apud Elzevirium in 4. 1616. cum Alypio, &c.

ASCLEPII in Nicomachi Geraseni Arithmetica. In codice Regio 446. in 484. τὰ θεολογούμενα ἢ ἀριθμητικὰ, ex Anatolio.

ASCLEPIODORI Tactica capp. xii. in codice Regio 220.

ATHENÆI de Machinis tractatus, in codd. Regius 220. 407. 677. & Naudeano 4. de quo supra in Apollodoro.

BACCHII senioris Isagoge Musicæ. In codd. Regius 461. & 1632.

BARLAAMI Monachi Logistica & refutatio trium Capitulorum, quæ addita sunt ad Harmonica Ptolemæi. Item ex Mathematica Ptolemæi syntaxi defectuum Solarium tempora exactius computari. Ex codd. Regius 1213. & 2236.

BITONIS instrumenta militaria, seu de Bellicis machinis & catapultis, in codd. Regius 407. & 677.

CTESIBII Belopœica. in codd. Regius 220. 407. Naudeano 4.

DOMNI Larissæi Philosophi Enchiridion introductorium in Mathematicam. In codice Naudeano 9. in Regio 1930. Domneni Larissæi Enchiridium Arithmetica.

EVCLIDIS Geometrica, Harmonica, Phænomena, Data, Optica, Catoptrica, &c. cum Scholiis Bryenij, Marini, Heronis, &c. ac sine illis, reperiuntur calamo exarata in codd. Regius, aliisque quamplurimis, qui visuntur in Parisiensibus Bibliothecis 33. 36. 39. 63. 82. &c. Omnia tamen aut saltem pleraque iam edita.

EVTOCIJ Acalonita in primum & secundum Archimedis de Sphæra, de cylindro, &c. in Apollonij Pergæi Conica, in codd. Regius 43. 108. 115. &c. aliisque mss. presertim A.

GEORGI Pachymæ de quatuor Mathematicis, Arithmetica, Musica, Geometria & Astronomia. In codice Regio 859. De iisdem EVTHYMI Pselli in codice 891. De iisdem INCERTI in 381. Alterius quoque Anonymi Arithmetica cum Scholio in 915. Videndi præterea codices 1109. 1361. 1769. 1843. & alij, in quibus quamplurima Adespota, quæ modò non vacat sigillatim enumerare. In Naudeano 45. Anonymi libellus de numeris.

HERMETIS Trismegisti Mathematica ad Ammonem Ægyptium. Ex codd. Naudeano 17. & Regio 42. Ex Iatromathematicis Hermetis & Petosiris in Regio 1235. Hermetis Alchymia in 236. Eiusdem de stellis, lapidibus & herbis in 1849. in quo & Aphorismi

centum, seu flores de secretis Astrologiae, translati à Stephano de Messana, & oblati Manfredo Sicilia Regi.

HERONIS Alexandrini Automatopœtica, Belopœtica, Chiroballistica, Pneumatica, Geometrica, Geodesia, & de mensuris rerum, Isagoge, &c. occurrunt in *codd. Regiis* 43. 220. 298. 345. 407. 534. 677. 1024. 1536. 1904. 1918. 2190. 2013. 2257. in *Naudæanis* 34. 35. 36. 37. in *msf. Claromontano* 40. aliisque.

IAMBlicHI Chalcidentis Isagoge in Arithmetica Nicomachi Geraseni cum tribus prioribus libris qui inscribuntur de Vita Pythagoræ, Exhortatio ad Philosophiam & de Mathematica doctrina habentur in *codice Regio* 1202. in *Naudæano* 70. seorsim descripta habetur Isagoge Arithmetica, quæ incipit *Ἀρχαῖοι τῶ ἰδοῦ λόγῳ*, & desinit in hæc verba: *ἡ σφαιρικὴ ἢ περὶ σφαιρῶν γίνεται.*

IOANNIS Padiasimi synopsis Geometriæ in *codice Regio* 915. Eiusdem de mensura terræ in 1213. Arithmeticarum quaestionum explicatio & de symphoniis Musicis in 1039.

IOANNIS Philoponi expositio in duos libros Arithmeticae Introductionis Nicomachi Geraseni. in *codice mss.*

ISAACI Argyri Monachi methodus Geodesia. Ex *codice mss. A.* post Heronis spiritalia, Automatica, & Geometrica, seu methodum mensuranda terra.

LEONIS Tactica, aut ex iis fragmenta, & de nominum militarium significatione. In *codd. Regiis* 897. 1111. & 2209.

MANVELIS Bryennij Harmonica libris tribus. In *codd. Regiis* 218. 461. 764. 1626. Eiusdem expositio in Euclidis Musica habetur in *cod. mss.* 80.

MAXIMI Planudæ *ἐπιμιτατικῶν ἢ ἀμεταβάτων*, Scholium Geometricum, Arithmetica Indica. In *codd. Regiis* 1911. 915. 1909. 1213.

NICOMACHI Geraseni Isagoge Arithmetica in pluribus *Regiis codicibus* occurrit, à quibus recensendis supersedeo. Enchiridium verò Harmonicæ institutionis in 461. & 1930. Scholia autem in Arithmetica in 1930. De expositione Philoponi diximus paulò ante.

PHILONIS Belopœca, vel ex iis fragmenta, in *codd. Regiis* 220. 407. 677.

PORPHYRII Commentaria in libros tres Harmonicorum Ptolemæi. In *codice Regio* 699. & in *msf.* 33. Eiusdem Isagoge in Apotelesmata Ptolemæi & Anonymi expositio in Tetrabibulum Ptolemæi. In *msf. codice.*

PROCLI Diadochi Platonici in Euclidis elementa. In *codd. Regiis* 521. 522. 547. 1247.

SERENI Antiffensis de sectione cylindri & conii libri duo in codd. Regiis 108. 1197. 1777. & in mss. 7. cum Apollonij Pergaei Conicorum libris quatuor.

Atque vt pleraque alia praetermittam in vno codice descripta habeo praeter Aristida Quintiliani libros tres de Musica & Bacchij senis Isagogen Artis Musicae.

IOANNIS Diaconi Pediafimi expositiones particulares in multa Cleomedis, quae interpretatione indigent.

HERONIS Geodasiam figurarum modissimum ostendentem.

ISAACI Argyri, quonam pacto Trigona, quae recta non sunt, in recta conuertere liceat, & de quibusdam aliis figuris.

ANONYMI Elementa Geometrica.

Vidi quoque post Sexti Empirici Pyrrhoniarum Hypotyposon libros tres, & aduersus Mathematicas Disciplinas libros decem, additum ANONYMI alterius opusculum Dorica dialecto conscriptum de bono & malo, Turpi & honesto, Veritate & mendacio, Iusto & iniusto. Neque placet Amanuensis coniectura qui Sexto adiudicare videtur, quod eius operibus subiiciatur. Verum hoc & similia accuratius scrupulosiusque discutere maioris est operae, & in aliud omnino tempus reiicienda.

SECTIO QVINTA.

Quae ad Astrologiam & Geographiam spectant.

AGATHEMERI Orthonis descriptio Geographiae. In coddibus Regiis 42. 871. & Naudaano 2.

ARISTARCHI de magnitudine & distantia Solis & Lunae. Ex codd. Regiis 120. 373. 1147. 1567. & Naudaano 50. In codice Regio 778. Ex Aristarchi praedictionibus Mathematicis de Planetis.

AVTOLYCI de Motu Sphaerae, & de ortibus & occasibus libri duo. In codd. Regiis 114. 373. post Theodosij Sphaericorum libros tres, de habitationibus locorum librum vnum, & de noctibus & diebus libros duos, 1147. 1567.

CLEOMEDIS Sphaerica, seu *κωνικὴ θεωρία* & de Meteoris, etiam cum scholiis, in codd. Regiis 145. 190. 399. 446. 688. 919. 1213. 1904. Edidit Burdigala anno 1605. Graece ac Latine Robertus Balforeus.

DEMETRII Triclinij de Schematibus Lunae, & maculis, quae in eius orbe. In codice Regio 1213. Ex Demetrio in Astrologicis fragmentum in codice 559. eiusdem Regiae Bibliothecae.

DIONIS Nicani de septem Planetis in codice Regio 1567. cum

Aristarcho, Autolyco, Hypsicte, Theodosio, &c.

EVTHYMIII siue Pselli synopsis Astronomiæ. *In codice Regio 919.*

GEORGII Chrysococæ de Inuentione Ferie cum Isaaci Arguri Canone Paschali & de Bissexto. *In codice Regio 1334.*

GEORGII GEMISTI Plethonis correctio in quadam Excerpta Strabonis, & chorographia Thesſalia excerpta ex libro IX. Strabonis *ex mss. T. & aliis quàm plurimis: sapius enim occurrit in Bibliothecis Italicis, Anglicis, aliisque.* Omitto EPIPHANII Monachi periégesein Terræ sanctæ & Hierosolymitanæ ciuitatis, alteramque versibus politicis scriptam, quas à R. P. Iacobo Sirmondo communicatas publicauit Federicus Morellus Professor Regius.

HEPHÆSTIONIS Thebani de Astrologiâ libri tres Apotelesmaticorum. *in codd. Regiis 872. & 2268. Ex tertio libro Hephæstionis de genesi infantis codice 145.*

HIEROCLIS Grammatici Synecdemus de quo loquitur Imp. Constantinus libro 2. Thematum cap. 1. *Ex mss. T. in quo excerpta ex Strabone breuis Geographia.*

HYGINI Sphæra. *In codice Regio 2260.*

HYPsicLIS anaphoricus. *In codd. Regiis 120. 373. 1567.*

IAPHARIS Astrologi liber Imbrium. *In codice Regio 1153.*

IOANNIS Alexandrini Grammatici cognomento Philoponi de vsu Astrolabij & quid eorum, quæ in eo describuntur, significant: *Ex codd. Regiis 949. 959. 1925 & Naudæanis 9. & 48. vnâ cum Nicephori Gregoræ Philosophi, & Anonymi tractatibus de eodem argumento. In mss. H. additur lucubrario Astronomica ex scriptis Demophili.*

IOANNIS Camateri Canicleo Præpositi de Genethliis, & de caelesti siderum positione. *Ex codice Regio 149. & Naudæano 9. Eiusdem quoque versus ex codd. Regiis 559. & 1015. in Appendice Metricâ exhibebuntur.*

IOANNIS Zonaræ Antapologeticus aduersus scriptum quoddam Manuelis Comneni Imperatoris ad Monachum, cui obiciebatur nimia circa Astrologiam cura. *Ex codice Regio 1109.*

ISAACI Monachi *αεργουαρια νεων κνονιων σοφιστων κατὰ τὸ ἀρχαιωσὸς ἀπὸ τῆς κόσμου κρείσους ἐτος.* *In codice Regio 674. Eiusdem Arguri Scholium in primam figuram descriptæ in plano habitacionis. In mss. O.*

IULIANI, seu Pauli Alexandrini de situ ac constitutionibus septem Planetarum. *Ex codice Regio 42. & Naudæano 17. in quo & prædictiones eorum, quæ singulis mensibus contingunt.*

Opera Astrologica Anonymi, Leonis Philosophi seu Sapientis, & Pythagorici cuiusdam Laxeuterij siue Rabulij sic Persicè dicti in codice mss. B. & in O. Innominati alterius Astronomica, vbi de Paschate legali.

LEONTII Mechanici de compositione sphaerae. Ex codice Regio 1213. Videndum num idem sit cum libello Græco impresso cum Arati Solensis phaenomenis quæ Aldus Venetiis & Valderus Basilea excuderunt.

MICHAELIS Pselli, quòd rotunda sit terra. Ex codice mss. 59.

NAMPLII Synthetis Persica. Ex codice Regio 145.

NICEPHORI Blemmida brevis Geographia, eiusdemque brevis Historia de terrâ in codice Naudeano 44.

PAULI Philosophi Alexandrini introductio in Apotelesmaticam. Ex codice Naudeano 13. Item; Isagoge de anno, de Cometis, stellis, signis caelestibus, &c. ex codice Regio 1047.

PERSICA Inuenta in xii. mensibus. In mss. O.

PORPHYRII Isagoge in Apotelesmata & Tetrabibulum Ptolemei cum scholijs ex Demophilo. Ex codicibus Regijs 8. 315. 468. 959.

PROCLI Astronomicae Hypotyposes & alia in codicibus Regijs 545. 1650. 1147. 1728.

RHETORII Expositio de duodecim signis Zodiaci ex Anacholij thesauro. In codice Naudeano 24.

STEPHANI Philosophi Alexandrini, & Apollonij Mathematici Apotelesmatica in codice Regio 145. in quo Astronomica de Iudicij stellarum ex Ptolemæo, & alia.

THEODORI Metochitæ Computus astrorum In codice Regio 1021.

THEONIS Alexandrini in Canones Ptolemæi. In mss. O.

THEOPHILI ad Deucalionem filium prognostica ex Astrologia in codice Regio 872. In 42. ἀπὸ κοσμητικῆν κατὰ γῶν. In 559. excerpta ex Theophili Astrologicis.

VALENTIS ἀπὸ ἐπιβάσεως τῶν ἀστέρων In codice Regio 145. & in 559. excerpta ex Valente in Astrologicis.

Incertorum Astronomica Prognostica de diuinatione, ac similia multa occurrunt in codicibus Regijs 287. 702. 919. 928. &c. Astrologica capitibus 66. tum etiam 360. comprehensa in codice 559. de sphaera Indica & Persica cum imaginibus caeli in 126. Thema Astronomicum, Auentus Augustalis Alexandriam sub Diocletiano, de mensurâ terræ, de ponderibus, confectio Encausti Sacri, & similia in 145. Brontologia, Methodus diuinandi temperiem anni, quæ cuique signo regio subiecta sit, in 919. in quo & Paschales canones, Paschaliorum methodus, &c. de Cyclis solaribus

& lunaribus. *In cod. 608. eiusdem pretiosissima acque incomparabilis Regiæ Gazæ Christianissimi Francorum Principis.*

De Terrâ & Zonis, de ventis, de cali & terrâ fabricâ, cum quibusdam alijs Cosmographicis. *In codice Regio 919.*

De quatuor Fluminibus Paradisi, Quarum vrbium nomina sint mutata, de Metallis quæ in Cypro iniula, Ordo sedium Patriarchalium, &c. *In codice Regio 1334*

Anonymi de Nilo. *Ex codice mss. 88.*

Prouinciarum totius orbis liber. *In codice Regio 1390.*

Canones vrbium insigniorum & Tabularum Geographicarum expositio. *In codice Regio 949.*

De interuallis & stadiasmis variorum locorum. *In codice Regio 2216. pag. 19j.*

Prognostica fereni aëris ex diuersis Auctoribus collecta, Arato, Africano, Apuleio, Anatolio, Aristotele, Beterio seu Berytio, Barone seu Varone, Demogeronte, Didymo, Diophane, Florentino, Nestore, Orpheo, Paxamo, Plutarcho, Ptolemæo, Pamphylo, Platone, Sotione, Tarantino, Theophrasto, Vindaniano, Zoroastre, aliisque. *In mss. 0. in quo & Nicephori Patriarchæ C P. Onirocriticum secundum alphabeti ordinem versibus Iambicis, Persica inuenta in duodecim mensibus, & alia. Sequitur Achmetis filij Seiremi Onirocriticum collectum ex varijs Ægyptiis, Indicis, Persicisque nugamentis. In altero quoque mss. 0. reperi Astrologica quædam, cum varijs figuris sermone Græco-barbaro, Methodum prædicendi ex Euâgelio vel Psalterio auctore Leone sapiente, & Onirocriticum Prophetæ Danielis ad Nabuchodonosorem Regem: quæ prorsus mihi videntur *ψευδαισιμα*, quemadmodum & quæ dicuntur, Sortes Apostolorum, Latine duntaxat scriptæ, & à Gelasio Papa iampridem explosæ. Earum nonnulla nactus sum apographa ex mss. codice antiquo, quem sæpè videre licuit, accuratè descripta.*

SECTIO SEXTA.

Quæ ad Medicinam & Chymiam pertinent.

A B I C I A N I seu Auiciani de vrinis & pulsibus. *In codicibus Regijs 520. 1506. 168. 1237. 2008.*

A B S Y R T I, Hippocratis, Hieroclis, Pelagoni, Ofantri Hippiatrica, seu de arte veterinaria & Mulomedicina opuscula aliqua ex ijs quæ in Bibliotheca Regiæ codicibus 132. 1047. 1786. 1931. occurrunt,

runt, edita sunt Parisijs in 8. apud Simonem Colinaum anno 1530. ex interpretatione Ioannis Ruellij Sueffionensis. Eadem habentur Italicè in fasciculo 44. *Bibliotheca eiusdem verè Regiæ.*

ACTVARI & Aetii Amideni plurima opera habentur in *Regijs codicibus* necnon in membranis V. C. Renati Moræi Doctoris Medici Parisiensis, quorum saltem pleraque puto nondum fuisse excusa. Quæ deprehendentur inedita, ea nostris lectionibus poterunt inferi.

ADAMANTI, AFRICANI, DIOSCORIDIS, SORANI & aliorum de Ponderibus & mensuris, ex *codicibus Regijs* 36. 223. 299. 1305 & ex alijs.

ALEXANDRI Tralliani Iatrosophistæ Medicina & Aphorismi habentur in *codicibus Regijs* 763. 945. & 1486.

ARCHIGENIS & PHILAGRII de calculis in renibus, cum remediis ad calculosos. in *codice Regio* 1512.

ARETÆI Cappadocis Medici varia in *codicibus Regijs* 279. 907. 1371. & in fasc. 18. in *codice F.* eiusdem de acutorum ac diuturnorum morborum causis atque signis libri 4. & eorundem curatione libri totidem.

БОТРИ Regis Persarum de vtilitate & remediis ex vulture. in *codice Regio* 145.

CASSII Iatrosophistæ problemata in *codice Regio* 484. edita sapius fuere Lutetiæ, Francofurti, Tiguri, Lugduni, & apud Batauos anno 1597. cum Theophylacti Simocatta quaestionibus atque epistolis.

COERANICI liber naturalium virtutum de sympathijs, antipathijs, &c. ex primo libro Coerani Regis Persarum & Harpocrate Alexandrino de elementis. in *codice Regio* 145. Defunt in Io. Antonidæ Indice Medico cum alijs pluribus, quorum hîc mentionem reperies.

CONSTANTINI Medici Melitiniotæ Antidotarium ex *msf. N.* Vide & quæ infra dicentur inter Adespota ex *codice Regio* 1155.

CYRILLI Patriarchæ Alexandrini de animalium proprietatibus & plantarum. in *codice Naudæano* 64.

ΕΥΡΗΜΙ Siculi & Philippi Xeri Rhegini compositiones Medicamentorum. in *codice Regio*.

ΕΥΤΕΧΝΙΙ, siue vt aliàs dicitur, Eutheni Sophistæ Paraphrasis Nicandri in Alexipharmaca & Theriaca. ex *codice msf.*

DIDYMI Alexandrini de Marmoribus & lignis omnium generum. in *codice msf.* 40.

GALBNI de Chirurgicis & infirmorum decubitu secundum duodecim signa Zodiaci. in *codice Naudæano* 17. In *msf. O.* Galeni

de Ischiade, Podagra, & Arthritide, ac Testamentum de corpore humano, cum Hippocratis Epistola ad Ptolemæum Regem de structura hominis, Theophili tractatu *ἑπὶ διαγνωστικῶν*, Pselli definitionibus Medicis, aliisque. In supplemento plurima Galeni opera edita atque inedita commemorabimus, quæ manu scripta conseruantur in Bibliotheca V. C. Renati Moræi Doctoris Parisiensis.

GEORGII Chryfococæ Medici Tabulæ Astronomica & Geographica *In codice Regio 1404.* eiusdem de Inventione ferri *in codice 1334.* ut etiam supra monuimus; Item *ἑπὶ χειρουργικῶν In codice 2216.*

GEORGII Sanginatij de pulsibus. *In codice Regio 1512.* dicitur Consul Romanus, & Comes Palatinus Lateranensis, tempore Nicolai V. Papæ *in mss. L.* in quo & alia eiusdem opuscula.

HERMETIS Trismegisti compendium de Medicina ex Mathematicis. Item de animalibus *In codice Naudæano 67.* Iatromathematica edidit Græcolatinè David Hæschelius Augustæ Vindelicorum 1597. in 8. *In codice Regio 1235.* sunt quædam fragmenta ex Iatromathematicis Hermetis & Petosiris, *in 236.* Hermetis Alchymia *in 1849.* liber de stellis, lapidibus & herbis, cum eiusdem aphorismis centum seu floribus quos Domino Manfredino in clyto Regi Sicilia Stephanus de Messana de secretis Astrologiæ D. Hermetis transtulit. Videndus præterea *Codex Naudæanus 17.*

HERONIS Philosophi Florilegium de re Medica ex diuersis *in codice mss. O.* cum Georgij Diaconi Pachymera Logica.

HIEROPHILI sophistæ de cibis per anni circulum. *In codice Regio 1929.* & *In codice 930.* quâ diætâ uti debet quisque in quoque mense, initio ducto à Ianuario *in mss. O.* in quo Orbasij de aquis, aëre, balneis & alimentorum facultatibus ad Eunapium, & ad Constantinum de victus ratione.

HYPATI interpretatio partium corporis humani & aliorum quæ ad Medicinam pertinent. *Ex codd. Regiis 2216. & 2282.*

IOANNIS Zachariæ Actuarij de vrinis libri septem & de venæ sectione *in codice mss. F.* cum Philotheo de vrinis, &c. & *in mss. R. 20.*

IOANNIS Archiatri curationes morborum capitulis CCLII. *In codice Regio 1161.* Eidem tribuuntur synopses remediorum & de curationibus morborum, *in codd. 1261. & 2008.* eiusdem Regiæ Bibliothecæ.

IOANNIS Damasceni de Pharmacis ad purgandum idoneis, de natura ac virtutibus eorum & quibusnam misceri debeant aspera & molesta ad minuendam eorum acrimoniam. *Ex mss. N.* in

quo inter cetera leguntur Hexametri versus de qq. plantis, chama-
melo, rhamno, aliisque, cum scholiis & explicatione.

IOANNIS Episcopi Prisdianensis excerpta ex antiquis Medi-
cis collecta. *In mss. o.* Eiusdem & Maximi Planudæ de vrinis in
altero codice o.

IOANNIS Laurentij Philadelphiensis Lydi Prognostica, &
alia quadam. *In codice Regio 1213.*

MAGNI Emeseni de vrinis, dictante Philotheo. *Ex codicibus*
Regijs 1506. & 2216. & ex mss. L. In mss. N. habetur Magni sophistæ
expositio de vrinis à Stephano Alexandrino exposita.

MELETI Monachi Medici & Philosophi in Aphorismos Hip-
pocratis in *codice Regio 783.* Eiusdem de vrinis seu differentiâ vri-
narum in *codicibus 881. & 2008.* Eiusdem de natura hominis eius-
que compositione *codicibus 254. 1370. & 1261. & in mss. N.* Hic vl-
timus liber è Græco in Latinū versus à Nicolao Petreio Corcyrao
Venetiis editus est apud Gryphium 1552. in 4. cum Hippocratis,
Dioclis, Melampi, & Polemonis eiusdem pene argumenti libel-
lis, vt obseruauit Vander-Lynden, cuius Indici Medico Aucta-
rium hîc paramus locupletissimum in tertiam editionem.

MICHAELIS Pselli Synopsis Artis Medicæ ad Constantinum
Porphyrogenetum capitulis CXLIII. *In codice Regio 1161.* Eius-
dem Medicarum quæstionum solutiones in 1167. & 2216. vbi etiam
de nouis appellationibus. Eiusdem de lapidibus pretiosis *In codi-
ce mss. 29.* de facultatibus alimentorum in *Regijs 1614. & 1673.* sed
hunc arbitror editum Basileæ 1529. in 8. apud Andream Cratan-
dum interprete Georgio Vallâ: illum verò de lapidum virtutibus
Tolosa 1615. in 8. Interprete Philippo Iacobo Mauffaco. Plura
de Michaële illo Psello, eiusque scriptis dabit eruditissima Diatri-
ba V. C. Leonis Allatij.

NEOPHYTI Monachi Prodromici Collectanea Iatrica Capi-
tulis DCXLIV. *In codice Regio 957.* à capitulo duntaxat CXLIV. nam
priora desunt. Eiusdem collectio Alphabetica herbarum in 223.
& Antibalomena in 957. *In mss. N.* cum Antibalomenis extat ea-
dem, nisi fallor herbarum, aliorumque collectio ad rem Medicam
spectantium, addita in fine qq. nominum Persicorum explica-
tione.

Eiusdem Neophyti doctrina de dentium doloribus & eorum cu-
ratione ex multis Medicis. *In codice mss. o.*

NICETÆ Chirurgica ex variis Auctoribus Hippocrate, Gale-
no, Oribasio, Heliodoro, Archigene, Antillo, Asclepiade,
Diocle, Amynta, Apollonio Citiensi, Sorano, Rufo Ephesio,

Paulo Ægineta, Palladio. *In codice Regio 404. & cum figuris in 504.*
 NICOLAI Myrepsi Alexandrini Doses, Synonyma, Antibal-
 lomena. *In codice Regio 2068.* Eiusdem μέγα σύνταξις ordine alpha-
 betico *in 626. & 1177.* De compositione Medicamentorum *in codd.*
Regijs. 334. & altero 83. sed hoc ni fallor opus est illud Medica-
 mentorum in sectiones quadraginta octo digestum à Leonartha
 Fuchsio Medico è Græco in Latinum conuersum & editum Basileæ
 apud Io. Oporinum 1549. in fol. & Parisijs apud Henricum Ste-
 phanum Tomo 1. pag. 338. inter Medicæ artis Principes.

NICOMEDIS Iatrosophista Lexicon. *In codice Regio 1261.* vbi
 & Glossarium quoddam Medicum.

OLYMNII Alexandrini fragmentum de diebus Criticis *in mss.*
 N. cum Razæ Medici de pestilentia capitibus XI. & aliis pluribus
 opusculis.

PALLADII Sophista de cibo & potu. *In codice Regio 306.* in
 quo & plura Iatrica. Eiusdem synopsis de febribus *in codice 951.* Ex-
 tant excusa eius scholia in librum Hippocratis de Fracturis & in
 librum sextum de morbis popularibus.

PANCHARIII synopsis de decubitu secundum duodecim signa.
in codice Naudaeano 17.

PAULI Iatrosophista de fracturis *in codicibus Regijs 848. & 1885.*
 Eiusdem, an alterius, Pauli, de Lethiferis pharmacis, & de colicâ
 affectione. *in codice 957.* Pauli Ægineta libri septem *in codd.*
Regijs 308. 384. 723. 1019. 1932. 1941. Antiballomena *in 520. 881*
1891. 2008. de Ponderibus & mensuris *in 1941.* Chirurgica qua-
 dam *in 523. & fasc. 20.* De Plebotomia ex Hippocrate *in 2010.* Ex-
 cutiendi quoque *codices. 388. & 1305.* vt cum editis comparen-
 tur.

RAZIS, MESVÆ, ABECIANI, ISAACI, & IOANNIS Damasceni de
 re Medica libri extant *in codice mss. F.*

RVFI Ephesij de vesicæ & renum Passionibus *in codice Regio*
907. de Venereis *in 881* de ossibus *in 1790.* Nomenclatura partium
 corporis humani libris duobus *in codd. 286.* in quo Oribasij Ia-
 trica, Erotiani Lexicon, & Dioscoridis ac Stephani Atheniensis
 de re Medicâ ordine Alphabetico, *in 1742. & 1790.* *in mss. F.* cum
 libro de morbis vesicæ & renum & nomenclatura partium homi-
 nis, extat eiusdem Auctoris liber singularis, quosnam purgare
 oporteat, quibusnam purgatiuis, & quando. Pleraque edita.

SALMANÆ Arabis methodus, quomodo margaritæ rotundentur.
in codd. Regijs. 618. 167. & 1738.

SERAPIONIS ἑπι φαρμάκων. *in codice Regio 145.*

SIMEONIS

SIMEONIS Sethi Antiocheni de alimentorum facultatibus, extat Græcè & Latine editus Basileæ apud Michaëlem Isingrinium 1538. in 8. interprete Lilio Gregorio Gyraldo Ferrariensi, sed conferri poterit cum *codd. Regijs* 778. 1112. 1237. 1261. 1677. 1754. 2010. & *ms.* 53. in quo Excerpta ex simplicibus Galeni: In altero N. extat eiusdem Magistri Protouestiarij collectio de facultatibus qq. animalium cum Remedijs aduersus animalia noxia, & Lexico Medico incip. à B.

SORANI de Ponderibus & mensuris cum Heronis Geometricis & de mensuris *in mss.* G. De alijs eius operibus nonnulla Io. Vander-Lynden libro primo de scriptis Medicis pag. 544. Nouæ editionis an. 1651.

STEPHANI Atheniensis de re Medicâ, ordine Alphabetico, *in codice Regio* 286. de differentiis febrium *in* 1318. 1237. 1929. 1512. Idem sit necne, cum Stephano Philosopho Alexandrino, qui etiam aliquando Philosophus Oecumenicus dicitur, & tempore Heraclij Imperatoris septimo Æræ Christianæ sæculo scripsisse perhibetur, hæreo anxius. Huius verò præter Apotelesmatica & de Sacra Arte, quam vocant, nonnulla habentur scholia in librum Magni de vrinis *cod.* 778. & *cod.* 1506. Opusculum hoc titulo, Stephani Alexandrini de vrinis ex Magno & alijs. Vide quæ de Magno superius dicta sunt.

THEOPHANIS de Diatâ ad Constantinum Porphyrographum. *in codice Regio* 226.

THEOPHILI Protospatharij seu Regij Spatharij de pulsibus libellus, *in codd. Regijs* 702. & 778. hæctenus quod sciam, ineditus: nam eius Tractatus de vrinis & recrementis qui sæpe occurrunt *in Bibliothecâ Regiâ codd.* 778. 945. 1890. 1313. 1237. 1575. 2255. prodierunt Græcolatine Parisiis, interprete Federico Morello 1608 *in* 12. Theophili expositio in Aphorismos Hippocratis *in. codd.* 848. 1237. & 1317. Theophili de Phlebotomiâ *in* 1932. & alia quædam eiusdem, alteriusve Theophili, nondum accepi prodisse in lucem: quod de eius libris quatuor de constructione & fabrica hominis, siue de epitome in Galeni de vsu partium libros affirmare possum. Ea enim excusa fuit Latine duntaxat Iunio Paulo Crasso Patauino Interprete Venetijs apud Octauianum Scotum 1536. *in* 8. Parisiis apud Conradum Neobarium 1540. *in* 16. Græcum textum habes *ex codd. Regijs* 486. & 1167. excusum apud G. Morellum 1556.

XENOCRATIS de victu ex aquatilibus *in codice Regio* 817. Expendemus an inde suppleri possit ac locupletari, quæ Tiguri prodit editio anno 1559. apud Gesneros Fratres *in* 8. cum Iani Dubra-

ij. de Piscinis & naturis Piscium libris V. Aedespora quadam Antibalomena ordine Alphabetico habentur in codice Regio 34. alia verò in codd. 1177. 1261. 2067. Antidotaria & emplastra varia in 930. & 2009. Antidotarium Alphabetico ordine in 848. Antidotarium ex Persica lingua translatum per Constantinum Melitiniotem in 1155. Liber Antidororum, trochiscorum, &c. ad usum Xenonis Panteleemonis in 2008. de vino, aceto, muscho, siacro, camphora, ambari, pane, garo, &c. in 145. codice eiusdem Magnificentissimæ Bibliothecæ Christianissimæ Francorum Monarchæ.

Observationes ex libris Aristotelis ad Phlebotomiam, & alias curationes. in codice Regio 112. Eiusdem liber de pomo in 170.

Exercitationes Grammaticæ in quædam Hippocratis. in codice nostro mss. 86.

De compositione medicamentorum, quæ extra corpus adhibentur ex cod. mss. B. Item curationes quorundam Sophistarum Medicorum, &c.

Iatromathematica varia, in codd. Regiis 42. 848. &c.

Dynameron seu præparatio medicamentorum particularium, cum Synopsi Medicamentorum variorum. in mss. P.

Lexicon Medicum ordine Alphabetico. in cod. R. 954. Iatricum Barbaro-Græcum in 1047. Vocabula instrumentorum Medicorum in 308. Incerti solutiones problematum Hippocratis Physicorum & Medicorum in 1790. Medicamentorum facultates per Alphabetum in 930. Concordantiæ Medicinæ in 353. Vocabula Medica Turcica in 1237. & alia quamplurima, quæ hoc loco recensere sigillatim nec animus, nec otium fuit.

Metaphrasis Viaticorum Isaaci Israëlita Medici Arabis per Constantem Memphitem in cod. Regio 65. Viatica peregrinantium libris septem à Constantino Alynacrito ex Arabico in Græcum in 1261. Viaticum peregrinantium cum remediis in septem partes tributis in 1514.

De Chymia, quam miselli homunciones & omnium rerum elegantissimi sacram divinamque Philosophorum artem vocitant, multa scripsisse noscuntur, ut ex codd. Regiis 145. 516. 618. 1676. 1738. 1708. Naudæanis 50. 75. aliisque constat: Nos nonnullos hic breuiter succenturiabimus, quorum vel nuda nomina iuuerit Lectoribus multifariæ eruditionis candidatis indicasse.

AGATHODEMONIS anigma nescio quod.

CHRISTIANI de auro conficiendo, de aqua diuina, &c.

CLEOPATRÆ, & Orphei, fragmenta quædam.

COMARII Philofophi de Lapide Philosophico ad Cleopatra.

COSMAE Hieromonachi de Chrysopea.

DEMETRII Physica & mystica cum Synesij Phil. Scholiis,

EBERI de Secretis natura.

HELIODORI Philosophi versus ad Theodosium Imp.

HERMETIS seu Mercurij Trimegisti varia.

MICHAELIS Pelli ad XPHILINVM Patriarcham, &c.

NICEPHORI Blemmida de auro conficiendo, &c.

PELAGII Philosophi de mystica arte Philosophorum

PETRI Theopistici de Methodo Alchymia.

STEPHANI Alexandrini Philosophi Oecumenici, &c.

THEOPHRASTI Philosophi de arte sacra.

ZOSIMI Panopolitae & Thebani auctoria, &c.

Lexicon Chymicon siue Artis Sacrae, Quorum Philosophorum, nomina Chymicorum & alia eiusdem farinae quamplurima, verum placet huic pauca ex Leone Allatio mutuari. Eiusdem Pelli tractatus de auri conficienda ratione ad Michaellem Cerularium P.

GP. Dominico Pizimentione Veronensi interprete, vna cum Democrito Abderita, Synesio, Pelagio, & Stephano Alexandrino de Magna & Sacra arte editus est Patani apud Simonem Galignanum 1772. in 8. Dicti auctores cum plerisque alijs de eadem Arte, inter quos praecipui erunt Zosimus, Olympiodorus, Christianus, & carmine Heliodorus, Hierotheus, Theophrastus, Archelaus, & alij non contemnendi lingua Latina, Graece & Latine vnicum nostrum Variorum antiquorum Volumen, cum nostris de eadem re Tractatulis, ni meis studijs semper Musa adherfa fuerint, Chymicae Artis deditis non iniucundum constabunt. Vtinam tandem aliquando tam saepe promissus tandem expectatus nobilissimus tanti viri foetus fauentem sentiat alicubi Lucinam. Idem quoque vir clarissimus codicem mss. possidet, in quo varij recensentur eiusdem Chymicae, siue Artis, siue potius Matrotechniae scriptores;

γροματῶν τῆς πύργου ἢ τέχνης. Πλάτων, Αἰσώπῳ, Ἐρμῳ, Ἰωάννῃ ἱερῷ, Διμοχρίτῳ, Ζωσίμῳ ὁ μέγας, Ολυμπιόδωρῳ, Σεβαστῳ ὁ φιλοσοφῳ, Σοφῳ ὁ ἐν Περσίδι Σωκράτῳ, Δισκοφῳ ὁ ἱερῷ τῳ μεγάλῳ Σαράτιδῳ ἐν Ἀλεξανδρείῃ, Οὐρανότῳ ἐν Αἰγύπτῳ, ἢ Μαρία, Πέλαγιος, Πηροφῳ, Ἐπιφῳ, Κλεοπάτῳ ἢ γυνὴ Πτολεμαίου τῳ βασιλέως Ἀγαθοδωραμῳ, Ἡρακλῳ ὁ βασιλεὺς, Οἰοφραστός, Ἀρχέλαος, Κλαυδίου, Ζέρβιῳ. At eorum operum siue genuinorum, seu quod multi sentiant, suppositicorum, pleraque perierunt, nonnulla adhuc cum bratis tamenque in situ ac puluere luctantur, in veteribus membranis Francicarum

Italicarumque Bibliothecarum, quemadmodum de Patilientibus tri nos oculati testes sumus.

in Regia Bibliotheca laena



SECTIO SEPTIMA.

Quae ad Ius Canonicum & Civile attinent.

SYNOPSIS Sacrorum Canonum ab Aristino collecta. *In codice Regio 1929.* Alius codex Alexij Aristini Canones & Expolitiones in Concilia Oecumenica nominat.

ARSENII Monachi synopsis Canonum capitulis cxi. *In codice Regio 2198.*

MICHAELIS Attaliatae synopsis legum. *In codice Regio 549.* Edita est à Ioanne Leunclauio Tomo II. Iuris Graeco-Romani.

MICHAELIS Chummi Nomophylacis, postea Metropolitanae Thessalonicensis de gradibus Affinitatis *in codd. Regis 558. 558. & 1318.* in quo & alia plura eo spectantia.

Quae infinitus sum si minutatim percurrere velim. Certè hic oblitrepid Bibliopola, moneretque ut tandem manum de tabula tollam, & spicilegium aliquod sequentis, si numen fauerit, editionibus non inuideam.

MATTHAEI Blastaris Hieromonachi syntagma seu collectio Canonum iuxta ordinem Alphabeti. *in codd. Regis 394. & 912. ac Naudaeano 12.* in quibus Canones multorum Conciliorum, Graecorum Epistolae Canonicae, Responso Episcoporum, &c. *In tertio codice mss. Latino eiusdem Naudaeanae Bibliothecae* habentur i. opus per ordinem litterarum omnium materiarum, quae continentur Sacris & Diuinis Canonibus, laboratum simul & compositum à sapientissimo inter Sacros Monachos Domino Matthæo: tum sub finem dictae Collectionis hæc adscripta Theodorus misericordia Dei Episcopus Scythopolitanus feci prædictum libellum totum scriptum in manu mea. ii. Sequuntur interrogationes sanctissimi Patriarchæ Alexandriae Domini Marci, & responsiones super eas sanctissimi Domini Theodori: iii. Adicitur sanctissimi Patriarchæ Antiochenis ad sanctissimum Archiepiscopum Gradensem siue Aquileiæ, quod non sit accipiendum, ut neque etiam auditum unquam, ut talis Archiepiscopus nominetur Patriarcha. Item de Azymis, &c.

EYSTATHII Magistri Romani de Hypobolo, de peculio Castensi & paginico, de temporum interuallis, *in codd. Regis 396. 558. & 2923.*

GEORGII Phobeni Thessalonicae Dicaophylacis de hypobolo, siue donatione propter nuptias, necnon de callo, & si quæ alia *in Regia Bibliotheca latent.*

Mu-

MICHAELIS Cerularij Patriarchæ CP. de obseruatione graduum cognationis in nuptijs contrahendis. *in codice Regio 396. in 1605. ad Petrum P. Antiochenum. In 1996. de Sacerdotis vxore adultera, & epistola de prohibitis nuptiis, &c.*

Sanctio iuramenti Imperatoris, & Iuramentum Iudicum Catholicorum, aliâque plurima *in codice Regio 740.*

Formula iuramenti Iudæorum, qui ad Christianam Fidem transeunt. *in codice Regio 558.*

Quomodo recipendi Hebræi, Armeni, Manichæi, Apostata &c. *in codd. Regiis 1828. & 1996. in quibus quamplurima alia scitu dignissima, quæ breuitatis amor cogit nos in aliud tempus differre.*

LYCVRCI Leges datæ Lacedæmonijs. *In mss. 0.*

Glossæ Anonymorum in xxx. libros digestorum atque adeo in alios plerosque libros Iuris antiqui Romani, siue ῥωμαικῶν λέξεων συναγωγή habentur, *in codice 510. Regiæ Bibliothecæ, aliisque quamplurimis. Certè vir clarissimus Carolus Labbæus Bituricus atque in suprema Parisiensi Curia causarum Patronus celeberrimus quas ex variis manuscriptis codicibus Bibliothecæ eiusdem Regiæ eruit aliàs, digessit; & notis illustrauit, veteres Glossas verborum Iuris, quæ passim in Basilicis reperiuntur, Parisiis apud Adrianum Beys, via Iacobæa anno 1606. excusas, iteratæ editioni paratas offert, emendatiores illas, nec pœnitendis accessionibus locupletatas.*





NOVÆ
 BIBLIOTHECÆ
 MSS. GRÆCORVM,
 SIVE SPECIMINIS
 ANTIQVAVM LECTIÖNVM
 CORONIS POETICA.
 GRÆCARVM
 PRIMA PARS.

Certos Auctores Elementario ordine exhibet.



LEXII Comneni versus Politici vulgares, in quibus plurimæ ad virtutem ac probos mores adhortationes continentur ad cognatum cognomento Spancam. *Ex codice mss. V. C. Jacobi Mentelij Doctoris Medici Parisiensis pag. 154. Εξ Αλεξία Κομνηνῆ τῶ μακαρίη κείνη λό- γοι γρησοί, βελουπκοί πάνυ, ὠραιομένοι θεῶς ἢ ἀνεψιὸν αὐτοῦ Σπατιάς τὸ ἐπίκλην. Incipit Παιδύμυ ποθηνώτατον, &c. Αρχὴ φιλίας ἔπαινος, ἀρχὴ δὲ μάχης φόβος, &c.*

ARCHELAI, Heliodori, Iamblichi, Theophrasti, & aliorum versus de lapide Philosophorum *in codice Regio 618.*

ARISTOVLII Hierodiamni Apostolii Galeomyomachia. *in codice Regio 1917.*

BARTHOLOMÆI Monachi Malomiri versus compunctor *in codice Regio 1820.*

Anigma de sale, & alia quæ dicuntur esse composita a BASILIO Megalomito Martyre. *In codice Regio 2216.* quem ob multitudinem descriptorum in eo opusculorum Manuariam iure merito Bibliothecam vocitare possis.

CAMATERI Caniclini de signis caelestibus versibus Iambicis vulgaribus. *In codice Regio 559.* In alio mss. elegantibus litteris exarato dicitur Ioannes Camaterus Canicleo Præpositus.

CYRILLI Alexandrini de natura animalium & plantarum ad Sergium CP. versus Iambici. *In codice Regio 502.*

EMPEDOCLIS quæ dicitur, Sphæra, versibus Iambicis & Heroicis ex codd. Regijs 1213. 1334. 1662. 2216. iam excusa est ni fallor in octavo, & quarto Parisijs cum versione Morelli.

GENNADII P. CP. preces versibus. *In codice Regio 2282.* in quo eiusdem Auctoris epicedium in Marcum Ephesium, de vno Deo in Trinitate contra Atheos, de libero arbitrio, de utilitate precum, &c.

GEORGILLÆ cognomento Limeneræ versus Rhythmici ac Politici vulgari Græcorum recentiorum dialecto de pestilentia quæ in Insula Rhodo grassata multos sustulit anno salutis per Christum reparata 1498. habentur *in codice mss. Menteliano pag. 60.* Τὸ θανατικὸν τὸ Ρόδῳ αὐτῇ μὲν Ὀκτωβρίῳ. Argumentum verò huius Monodiæ hi versus exhibent.

Χίλις αὖ τῶ ἔλητε πητρακοσος αὖτ
 Σὺν ἄλλοις ἐννεήκοιτα καὶ ἐκὼ πλιγρῶταίς
 Θνήσις καὶ μῦθος ἐν θεῷ καὶ παιδευσις ἢ ἐν τῶ τῶ
 Θανατικὸν ἐπέσωσεν εἰς τὸ νησίον τὸ Ρόδῳ.
 Καὶ ἤρχισεν ἀπὸ μηνὸς αὐτοῦ τῶ Ὀκτωβρίῳ
 Καὶ κρατὴ μῆνας ἑκοσι ἢ λοίμην τῶ θανάτῳ
 Κυβερχέντος ταιγαρὸν μεγαλομασορέλλος,
 Φεῖ Πέτρε τε Δεαβρυσσῶν ἐπὶ καὶ Καρδιγῶν
 Δεσπίντε Αδρεινῶν τε καὶ ὁ αὐτὸς Φεατὸρζης.
 Καθέρρας Αποστολῆς τῆς μίση πόλεως Ρόδῳ
 Ἦτον ὁ ἀγιώτατος ὁ σφίς Μιτροφάνης
 Αρχιερεὺς πατάρτος καλοῖ Μήλοπολίτης.
 Ἐνθάδε τῶ θανατικῶ καὶ αὐτὸς ἀπέβη
 Ἀλλὰ καὶ τὰ πῶμα καὶ ὅσα διὰ εἶχεν
 Ἐγέρθη βαβαὶ παπῶ, διὰ τὸ θανατικὸν τῶ Ρόδῳ
 Ἐμμανὴλ ὁ γράφας ἦν ἀγιῶ καὶ ὁ πονήσας
 Γεωργιῆς ἀκέρτε Λεμευῆνης τῆς ἐπίκου.

GEORGI Lapithæ Cyprii versus Politici εἰς τοὺς πολιτικοὺς αὐλοσ-

ἔδει εἰς κοινὴν ἀμνη. *In codice Regio 2256. in quo etiam anigmata quaedam.*

GEORGII Sanguinatij versus Politici de vocabulis membrorum humanorum. *In codice Regio 1512 in mss. L.* prater versus illos de partibus hominis, tribuuntur eidem versus Politici de sexdecim orbis miraculis, Memorat & Leo Allatius nescio cuius Georgij Zegabeni carmen politicum de septem vocalibus & de 24. literis, necnon Canonem Maximi Mozari de spiritibus & Antistichis, meritoque subiungit ea non esse magni pretij.

GREGORII Thessalonicensis Iambi aduersus Acindyni carmina. *In codice Regio 1408.*

HERACLITI & DEMOCRITI versus de vita humana. *In codice Regio 2216.*

HOMERI versus ἰαμβοὶ. *In eodem codice Regio 2216. in quo excerpta ex diuersis quamplurima.*

IGNATII versus Iambici de Adamo. *In eodem codice Regio 2216.*

IOSEPHI Racendytæ Iambici *in mss. R. 84.*

IOANNIS Tzetæ prater Chiliades Historicâs quæ editæ sunt, habentur in mss. codicibus complura eius carmina, de differentiis Poëtarum, iambi technici de Comœdia & Tragœdia, de metris omnibus quæ in versibus reperiuntur, Allegoria in Homeri illi adæm ad Irenem Augustam, hypotheses, in Culitzen & Gregorium Grammaticum Regium, &c. Consulendi Regij 688. 287. 902. 878. 1129. 1265. 1350. 1352. 2111. Eadem & in aliis mss. Parisiensibus deprehendi, & fortè etiam longè plura. Eiusdem Allegorias Mythologicas, Physicas, & Morales ex Bibliotheca Iani Rutgerij IC. Latinè vertit, ediditque in libellulo Federicus Morrellus anno 1616.

ISAACII Porphyrogenetæ Paralipomena Homeri, &c. de quibus iam superius nescio qua occasione mentionem fecimus à Iano Rutgerio & Leone Allatio edita, habentur *in codice Regio 56. in quo & Paraphrasis Odysseæ, quam similis que studiosis adolescentibus euoluisse non fuerit iniucundum, nec profus inutile.*

LEONIS Imperatoris Sapientis odatum de compunctione versibus Anacreonticis. *In codice Regio 378. Extat verò in 1820. Leonis Philosophi Canticum compunctorium, quod Latinè edidit noster Pontanus iam ab anno 1603. vir de Græcis scriptoribus, quos interpretatus est, optimè meritis.*

LEONIS Bardæ Protoascretis, versus Iambici. *In codice Regio 2216.*

MARCELLI Sidetæ de piscibus. *Ex codd. Regijs 1691. & 1708.*

MAT-

MATTHÆI Camariotæ Canones Iambici. *In codice Regio 1917.*
in quo & IOANNIS Arelæ Monachi Canon Iambicus in Pen-
tecosten.

MATTHÆI Tutæ versus Politici de officijs Ecclesiæ & Palatij.
In codice Regio 396.

MAXIMI Planudæ interpretatio Distichorum Catonis. *In*
codice Regio 2216. aliisque quampluribus, quos cum editis com-
parare licebit.

MELETII versus in Crucem Domini. *In codice Regio 1820.*

MELITINIOTÆ versus Iambici Gnomici. *In codice Regio*
1334.

MENANDRI & PHILISTIONIS Principum Comitorum
Comparatio Sententiarum ex bibliothecæ Regiæ membranis
iam pridem prodiit: quam Nicolaus Morellus Federici Filius La-
tinis senariis expressit, ediditque anno 1614.

MICHAELIS Apostolij Byzantij versus Heroici, Elegiaci, Iam-
bici in præcipua festa Dominica & Sanctorum. *In codice Naudæa-*
no 65. ubi eiusdem versus in Bessationem, &c. *In codice Regio 1251.*
sunt prouerbia manu ipsius Apostolij scripta, quæ cum editis non
abs re fuerit per otium committere.

MICHAELIS Choniatæ Atheniensis Metropolitæ, Athenarum
urbem multum esse dissimilem ab antiqua. *In codice Regio*
2016.

MICHAELIS Pselli ænigmata ad Michaëlem Ducam versibus
Politicijs *in codice Regio 1652.* & *in alio mss. 86.* de Grammatica
ad Constantinum Monomachum versus Politici *in Regio 1708.* in
quo cum Lexico Græco & Glossis in versus Nazianzeni, extant
Ioannis Geometræ Hymni in B. Virginem, Interpretatio Hymni
Lychnici, Æsopi fabulæ versibus Iambicis, Impp. CP. series, &
alia quamplurima. Habeo & in chartis penè exelis eiusdem Au-
ctoris versus Politicos de Diuino Sacrificio *ἡ δὲ δὴ δὴς μωστρωγίας*
& *in mss. L.* versus Politicos de dogmate. *In O.* definitiones Me-
dicas versibus iambicis. *In P.* de Theologia Christiana.

Eiusdem Interpretatio vocabulorum aliquot versibus & alia *in*
codice Regio 1727 Iatrica versibus Iambicis *in 2216.* synopsis No-
mocanonis carmine Politici *in 2198.* sed de Michaëlis huius Pselli
opusculis Poëticis consule eruditam Diatribam Leonis Allatij,
vt iam aliàs monuimus.

MITYLENENSIS Episcopi versus de Synaxariis totius anni,
cum Canone Paraclético ad B. Virginem. *In codice Regio 791.*

NECTARII Hieromonachi versus de Abbatibus qui ante eum

claruerunt. *In codice Regio 2198.*

NICEPHORI Callisti Xanthopuli synopsis compendiaria sanctorum temporum, seu series sanctorum per duodecim anni menses versibus Iambicis *In mss. 0.* Item eiusdem catalogus Patriarcharum & Imperatorum Constantinopolitanorum. *in codice Regio 2216.* Plurima eiusdem carmina Technica excusa fuerunt Basilea apud Ioannem Bebelium, anno 1536. cum Cyri Theodori Prodromi Poëmatis quæ operæ pretium fuerit iterum vulgare cum interpretatione Latina quæ Basileensi editioni defuit.

NICETÆ Heracleensis versus Iambici cum Troparijs, & de orthographia *In codd. Regijs 1657. 1708.*

NICOLAI Cabasilæ Chamaëta epitaphium Nili Thessalonicensis Archiepiscopi auunculi sui, & aliquot eiusdem epigrammata. *In codice Regio 1759.*

Scholia incerti in versus Dimetros PAVI Silentiarri de Thermis Pythiis. *In codicibus Regijs 995. 1334.*

PHILE versus inscripti in templo Domni Evergesij. *In codice Regio 2216. in 1779.* Eiusdem Epitaphium ad Pachymerem cum Pachymeris ex sepulchro responsione.

SEPTEM SAPIENTVM dicta versibus Elegiacis. *In codice Regio 2216.* Dicuntur Apophthegmata *in 1596.*

SIMEONIS Logotheta Troparia compunctoria. *In codice Regio 1820.*

SIMEONIS Metaphrasta versus in Christi Domini Incarnationem. *In codice Regio 1119.*

SOPHRONII Hierosolymorum Episcopi versus Anacreontici cum plurimis eiusdem Homilijs, aliisque extabant in Bibliotheca Cardinalis Sirleti, ut didici ex Indice scripto mnu. viri eru ditissimi.

STEPHANI Sachleca versus Politici, narrationesque habentur dialecto vulgari conscriptæ *in codice mss. Menteliano iam superius laudato pag. 137.* γεραὶ καὶ σίχοι καὶ ἐρμηνεῖαι ἐπὶ καὶ ἀφηνύσσει κυρὸν Στεφάνου τοῦ Σαχλίκου.

THEODORI Camateri versus non habentes διχόνοια. *In codice Regio 688.*

THEODORI Metochita *in codice Regio 800.* 1. Doxologia ad Deum. 2. In B. Virginem. 3. In Gregorium se gerentem pro Episcopo totius Bulgariae. 4. In Nicephorum Gregoram. 5. In Athanasium Magnum. 6. In Basilium Magnum, Gregorium Theogum, & Ioannem Chrysostomum. 7. Epitaphium Irenes uxoris Palæologi Imp. 8. Epitaphium Michaëlis Palæologi Regis fi-

Iij Andronici Palæologi Imperatoris. 9. Epitaphium in Casarem Ioannem Palæologum 10. de Harmonicis. 11. in Xanthopulum Theodorum. 12. In Xanthopulum Nicephorum. 13. In cognatum Primum à secretis. 14. In seipsum de aduersa ipsius fortuna. 15. & cætera in seipsum. *Lustrandi quoque codices 263. & 288.*

THEODORI Prodromi Tetrasticha Iambica & Heroica Historiarum Sacræ Scripturæ, in Baram à quo appellatus fuerat Hæreticus; Epithalamium Alexij Comneni: in nuptias Filij Alexij: Hymnus Ioanni Comneno: alius Hymnus Comneno, in Baptismum Christi: in Hortum: in sepulcrorum efflores, in sepulcrum Ioannis: in Magnum Apostolum Paulum: & alia *in codice Regio 1513.* Eiusdem versus Epitaphij ad Tzicandelem Leonem: in XII. Apostolos, in Rubum, in Arcam Mosis, in Ægyptium, in Vetulam, in Crucem, &c. *in 623. 2120. 2215. &c.* Multa carmina Græcè duntaxat edita vidimus Basileæ anno 1536. cum Nicephori Callisti Xanthopuli opusculis Poëticis & aliorum qq.

THEODORI Studitæ elenchus impiorum poematum Ioannis, Ignatij, Sergij & Stephani. *in codice Regio 709.* in quo & alia plura eiusdem Auctoris opuscula.

THEOLEPTI Ep. Philadelphensis Canonem exhibuit Latine noster Pontanus, nos Græcum exemplar nancisci curabimus.

THEOPHYLACTI Bulgariae Archiepiscopi versus consolatorij in calamitate. *in codice Regio 1820.*

VALERII Choriambici versus ex Æsopi fabulis, *in codice Regio 1598.* in quo Nicephori Onirocriticum versibus Iambicis, libellus de septem Miraculis, Anigmatum solutiones, τὰ κερκιστὰ, versus inscripti in fornice S. Sophiae, & alia quamplurima, quæ aut alteri cuiquam diligentiori post me memoranda relinquere, aut in secundam, tertiamve, si non displiceat eruditus Lectoribus conatus noster, editionem differre decreui.

P A R S A L T E R A.

Versus nulli certo addictos Auctori complectitur.

DE Creatione Mundi versus Politici ordine Alphabetico. *In codice Regio 1119.*

Tetrasticha Iambica in Historias veteris Testamenti. *in codice Regio 945.*

In libros Regum Græci versus vulgares. *in codice Regio 1119.*

Versus Heroici & Iambici in Psalterium, quibus continentur

argumenta singulorum Psalmorum. *in codice Regio 2216.*

Argumenta Euangeliorum versibus Heroicis & Iambicis. *In codice Regio 942.*

Epigrammata in quatuor Euangelia & alia multa: Item versus Heroici de septem Epistolis Canonicis & Iambici in librum Apostolorum, &c. *in codice Regio 2216.*

Menologium versibus Iambicis. *In codice Regio 1067.* vbi & de SS. Trinitate versibus similiter Iambicis, in Imaginem Christi, in virtutes & vitia, &c.

Versus Iambici & Politici de Trinitate. *in codice Regio 2180.*

Hexastichon de Deo, monade, dyade, triade, &c. cum interpretatione. *in codd. Regiis 1819. & 1820.*

Versus Iambici & Heroici in Christum & Deum Patrem & B. Virginem. *in codice Regio 1816.*

Versus Iambici de SS. Petro & Paulo. *in codice Regio 2216.*

Canon Magnæ feriæ versibus Iambicis. *in codice Regio 1820.*

Theodori Prodromi expositio in Canones Festorum Domini scriptos à Cosma & Ioanne. *in codice Regio 52.*

Troparia versibus Iambicis cum scholiis. *In codice Regio 2017.*

Heroici versus de Mystica Theologia. *In codd. Regio 2215.*

Iambici versus *eis ἰσοδοξία.* *in codice Regio 1110.*

Politici versus; Quomodo quis Atheum ad Dei cognitionem adducat. *in codice Regio 791.*

Versus ad animam de pœnitentia. *in codice Regio 1752.*

Gnomæ Monostichis comprehensæ. *in codd. Regiis. 1368. 1441 1770. 1998. aliisque.*

Tetrasticha Persica Gnomica per ordinem Alphabeti. *in codice Regio 2008.*

Monodia in Helenam Demetrii Filiam. *in codice Regio 2282.*

In virtutes & vitia Iambici versus. *in codice Regio 1067.*

Versus Politici de Pindaricis metris. *in codice Regio 2111.* in quo de simplicibus & mixtis metris, Epitome novem principalem metrorum, de Iambico & Heroico, & alia.

Incerti orationes versibus Iambicis. *in codice Regio 1119.*

Epigrammata aliquot Arithmetica & alia multa, *in codice Regio 2216.*

Anonymi versus de Ponderibus & mensuris. *in codice Regio 1340.*

De signis Zodiaci, & versiculi Gnomici cum serie Imp. CP. Manassis Chronico, Psello in Cantica, aliisque in codice Regio 1728.

Incerti Poëta Botanica cum interpretatione. In codice Regio 223.

Quæ comedenda per singulos menses versibus Iambicis. In mss. R. in quo Theodori Prodromi Hexasticha in festa Christi, Pselli libellus de lapidibus, de metro Iambico incerti, Catonis disticha, &c.

In codice mss. Iacobi Menteli Doctoris Medici Parisiensis tria habentur opuscula Poëtica carmine Politico vulgari conscripta de quibus paucis te monebimus, Amice Lector, in fine nostri huius speciminis Antiquarum Lectionum Græcarum, priusquam ad supplementa seu Appendices accedamus.

Primum Beltrandi Romani casus fortunamque exequitur:

Διήγησις ἐξάριτος Βυζάντιου τῶ Ρωμαίου, ὃς διὰ θλίψιν ἣν εἶχε ἐν πατρὶς αὐτοῦ ἀπέλασθη ἐφυγεν ἐν τῇ γαλικῆς τοῦ χόρας ἢ πάλιν ἐπαπέστρεψεν. ἔλαβε δὲ χρυσάτζα θυγατέρα ῥηγὸς τῆς μεγάλης Ἀλυσχίας, &c.

Secundum pag. 24. continet Threnum ac tristissimam lamentationem Constantinopolitanæ ciuitatis quæ capta est à Turcis anno Christianæ Epochæ 1453. mense Maio die 29. Feria tertia sub auroram, Λόγος θρηνητικὸς ἢ θλιβερὸς ἢ πολλὰ ποιητικὸς ἢ ἀγασταγμὸς περὶ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἢ εἰς τὴ βασιλέα, ἢ περὶ τὰ μοναστήρια ἢ τὴ ἀγίαν λεϊψάνων, ῥητόρων, ἀελοῦν, ὑμνοποιῶν, διδασκάλων ἢ ἀρχόντων, ἢ περὶ τῆς συμφορῆς ἢ ἀιχμαλωσίας ὅτι ἐσυνέβη τῆς ταπεινῆς τῆς πόλεως ἢ περὶ τῶ ἀυθέντων τῆς Φραγγίας ἢ ὅλα τὰ Κομόντια ἀπὸ τὸ παρὸν Φράγγζ ζέζυς, Ἀγλέσους, &c.

Tertium est Historica quædam de Bellisario Maximo Duce narratio quem fortuna extulit & liuor excæcauit, imperante Magno Iustiniano qui magnificam sanctæ Sophiæ Basilicam extruxit. De inuidia multa initio præfatur p. 72.

Ὡ θανιασὸν μυστήριον, ὃ συμφορὰ μεγάλη!

Λύπη ἀπαρμύνητος ἐδὲνη ἢ πικρία, &c.

Restituendæ quoque sunt hoc loco, priusquam ad alia pergamus, Parte Prima huius Coronidis Poëtica ab operis nimium properantibus ommissa ΡΗΟΤΗ Patriarchæ Constantinopolitani oda ix. quæ in O. mss. Claromontano reperitur cum Theodori Prodromi versibus de duodecim mensibus, aliisque. At de his iam plus satis ad Supplementa nostrarum Lectionum Deo auspice transeamus.

FINIS.

ΟϞ

Handwritten text in a cursive script, likely Latin or German. The text is extremely faint and mostly illegible due to fading and bleed-through from the reverse side of the page. Some words are difficult to discern but appear to be arranged in several paragraphs.

1111

62